☙Curas hominum: O quantum eſt rebus inane: Hæc Satyra lenocinio uerborum plauſum popularem captantes: & auditores lectoreſque ſcripta laſciuia & mollia magis quam uirilia comprobantes repræhendit non ſine quadam neronis nota. quem ſcœnæ ſtudioſum fuiſſe conſtat: O curas hominum: cum Perſius cuidam uelle Satyram ſcribere ſe dixiſſet: ille ſuperfluam eius curam omnibuſque ingratam deridens eum interrogat: quis tam ſeuera & grauia ſcripta leget. Quidam poetæ inicium hoc attribuunt conſultanti ſuperfluas hominum curas innaneſque cogitationes ſe omnino uelle repræhendere. Min tu iſtud ais? Reſpondet Perſius: cur ſe ita interroget cum utiliſſima ſcribere ordinatur: Nemo hercule affirmatio reſpondentis eſt ſi talia ſcripſerit neminem ſcripta ſua lecturum eſſe: Nemo admiratur poeta cur ille dicat a nemine hanc ſatyrã lectum iri: uerum contractiore fronte non ſine admiratione pronuncianda dictio nemo eſt: Vel duo uel nemo: turpe & miſerabile reſpondentis aſſeueratio: uel duos: quod turpe eſt. uel neminem: quod miſerabile hoc carmen lecturos eſſe: Quod ſane & ignominioſum ſcribenti eſt. Quare interrogat quam ob cauſaꝫ a nemine uel a paucis legi turpe ac miſerabile fore putet: ne mihi polydamas continuat Perſius ab aduerſario quærens tam & ſi ob hoc ignominioſum exiſtimet ne ſibi a romanis Labeo præferatur.

Ne mihi polydamas & troades labeonem
Prætulerint. nugæ. non ſi quid turbida rõa
Eleuet accedas. examenue improbũ in illa

CORN. ¶ Ne mihi Polydamas ideſt multinuba polydamas. aut dicit quod multis nupſit: aut quod timidus & in bellis fuit: ut apud Homerũ inducitur troades romani accipiuntur polydamanta populi pſona accipiunt que loquax ẽ & inepta cuiuſmodi nature fuit polidamus. troades uero nobiliores. Labeonem quia labea tráſtulit iliadam & ulyxeam. uerbis ex uerbo ridiculoſe ſatis quod uerba quam ſenſum potius ſecutus ſit. nugæ: uim habent repræhenſionis: turbidã roma: ab aqua tranſlatio uel quod multis gentibus repleatur. Elleuet: altum faciat laudando uel incuſat: accedas aſſentias examen improbum: allegorice dicit non debere quæri ſi ĩ uulgari iudicio acquirat. Examen eſt lignum cuius in medio haſtam ad pondera adequanda tenet.

IOAN. BRI. ¶ Ne mihi polydamas: Per polydamata neronem intelligit in cuius inuidiam hoc ſcribit Ilienſium enim adeo ſtudioſus fuit. ut & ſcripſerit troica. Et plurimam partem urbi Ro. incenderit: ut ſimilitudinem ardentis troiæ cerneret, in cuius incendio Haloſim illi decantauit ideſt captiuitatem. & eorum: ut ſcribit Cor. cauſa ſuſcepta Claudio imperante Romanum Troia demiſſum: & iuliæ ſtirpis auctorem Aeneam: aliaq; haud procul fabulis facunde executus perpetrauit ut opera de rebus Troianis conſtaret. qualia erant Acci labeõis qui carmine res ilienſes. proſecutus fuerat: ut alibi: non eſt hic ilias Acci Inde igitur ſatyrice oſtendit principi præterita carminis ratione ea tantum placere quæ de troianis ſint con. poſita hinc indignatur hinc excandeſcit. Polydamas. apte pro Nerone Polydamantis uiri troiani miſcet perſonam: ut miruꝫ eſſe uideatur. Si uiro Troiani res troianæ placeat cum ipſe princeps originem a troiãis ducere affirmaret. Simulq; ad illud alluſit quod ſcri. Ho. de Hectore: qui cum quædam nocte contra uoluntatem Polydamantis unius ex prioribus urbis: ſuos contra Achillem ducem græcorum duxiſſet: ab achil. ſuperatus eſt maxima troianorũ ſtrage facta. Quare Achil. in ſuperbiam allatus ante portas urbis curru inuectus troianis inſultabat. Hector pro portis aſtans cũ eo cõgredi parabat. Verum pater & mater uerentes ne ſi cum illo congrederetur occumberet multis præcibus orabant ut in urbe ſe reciperet. Hector parentum uerbis minime mouebatur qn achil. ſuperbum in ſe properantem expectaret. Indignabundus tamẽ magno ſecũ animo. Hei mihi inquit ſi intra muros me recipiam primus me polydamas arguet: q ut noſtros intra mœnia reducerem hac exitioſa qua ĩ nos achil. inſurrexit nocte conſulebat: cui ego minime obſecutus ſum: quod ſatius profecto fuiſſet. Nunc cum temeritate mea populum amiſerim troianorum: troianorumq; cõſpectum reformido: ne quis imbecillior dicat Hectorem ſuis uiribus fretum troianos prodidiſſe. Ne. certe. Vir. in xi. Tu ne etiam telis moriere

Labeones Cæſare. cæſones Pilũni Piſones Fabii. Lentini Cicerones Dianæ. Teren. Ne ego hõ ſum infœlix: Nec aliter q̃ affirmatiue accip. debet: Nam ſtatim infert non ſi quid turbida Roma eleuet: hæc enim particula ſemper producitur niſi cum interrogatiuẽ pronunciatur. Troades Ro. qui in aſſentationem princ pis eadem laudabãt: q̃ ei grata eſſe cenſerent. Labeonem. Accius Labeo ideo Neroni gratus quia. Ho. imitatus: res troianas carmine cõplexus eſt: ut ſupra diximus. Labeones a Labiorum magnitudine auctore Pli. ſunt appellati Sicut Cæſares cæſones cæſo matris utero ſunt dicti: pilũni qui pilũ priſtinis inuenerunt. Piſones a piſendo Fabii: Lentini: Cicerones ſit quiſq; aliquod optime genus leguminis ſererent Alius fuit labeo pretorius iuris ẽt peritus qui memor libertatis in qua natus erat multa contumaciter aduerſus auguſtum dixiſſe & feciſſe dicitur: de quo Hora. Labeone inſanior inter ſanos dicatẽ de hoc nequaq̃ itelligẽdũ ẽ. Pretulerint ꝓpoſuerit. tpis ẽ futuri: ita ꝓnũciãdũ ẽ ut de re certa. Nugæ ad ſe ipſũ poeta loqt̃ põtq; hic loc⁹ ĩterrogatiue & ꝓnũciatiue legi: Si cũ ĩterrogatiõe hic ſenſ⁹ erit. putabis ne nugas fore q̃re ſtatiꝫ ut eoꝝ iudiciũ cõtẽnẽs ſubdit. Nõ ſiqd turbida roma: ſicq; ſubaudies erũt. Si ãt ꝓnũtiatiue legeris ſubaudiẽdũ erit ſũt: ut ſit ſenſ⁹ ꝓ nihilo habẽdũ ẽẽt ſi carmẽ meũ nõ recipiat̃ nec laudet̃ q; indicant ſequẽtia. Nõ ſiqd turbida roma eleuet accedas. Duo fugienda eẽ monet: unum ne populi iudiciuꝫ magnifaciat: q nõ rõne res colligit uñ Ho. iudice quo noſti populo q ſtultus honorẽ ſæpe dat ĩdignis & famæ ſeruit ineptus. q nuper ĩ titulis imaginib⁹: alterũ ne alienam laudẽ querat: q; hoĩ turpiſſimũ eẽ iudicat̃. ho. Neq; te ut miret̃ turba labores Cõtentus paucis lectoribus. Accedas. i. aures tuas nõ adhibeas: nõ cures: nõ plurimi facias. Accedimus. n. & aĩo & corpe ut ſi dicas nõ accedo ſniæ tuæ. i. nõ adhæreo tanq̃ malæ roma turbida. Quæ nõ recto ĩcedit iudicio: ſed ex aĩ libidine cũcta iudicat ut ſit turbida. i. cõfuſi iudicii. Eleuet:

eleuare Diminuat. Tractũ re põderoſa q̃ ut par ſit eleuat̃. i. diminuit̃. Li. li. iii. ab urbe cõdita. Miror ĩquit ſi uana uſa pres cũ auctoritas ad plebẽ ẽ: Vos eleuatis eã: qppe qa plæbs ſenatuſcõſultũ ĩ cõtinuãdis magiſtratibus ſoluit ipſi quoq; ſolutũ uultis ne temeritati multitudinis cedatis tráquillus ĩ caligula: uerſiculorũq; fidẽ ea

examen dẽ hæc eleuãt & eo facillius auctore ſunt. Va. Adecto uerſu græco q fidẽ ſomniorũ eleuat. Examenue ĩprobũ: Examẽ ꝑprie eſt filũ trutinæ. Vir. Iuppiter ipſe duas æquato examine lances ſuſtinet. Hic uero metaphoricos ꝓ iudicio ponit̃ queãdmodũ. n. examẽ rei põderatoris nobis iudiciũ facit: ſic fit ut ĩ q̃libet re ꝓ iudicio ſumat̃ ĩprobũ: q; ex aĩ libidĩe ꝑficiſcit̃. In illa trutina: Cũ cõtemptu legendũ ẽ ĩ illa quaſi quæ iniqua ſit.

BAR. FON. ¶ Polydamas & troades: Ex Ho. aſſumptũ eſt qui ſecundo & uigeſimo iliados libro hectorem ſi ſe Achillis metu intra muros recepit uerentem inducit ne a polydamante: troianiſq; redarguatur: q; & Ariſtoteles in ehticis de fortitudine ſcribens & Cicero ad atticum aſſumpſerunt. Labeonem: Tortelius pro tragœdia de polydamante a labeone conſcripta legit: Quidam Hom. illiada ab Accio Labeone conuerſam dicunt. Deq paulo poſt ñ ẽ hic ilias acci ebria uerecato. Et circiter ſatyre finẽ. Nullã tibi uẽdo iliadẽ. Nõnulli. M. antiſtiũ

Labeonem uirum prætorium: iuriſque peritum intelligit: qui priſtinæ libertatis memor: multa in auguſtum & dixit & facit: ob quæ inſanus eſt habitus. Hora. in Ser. Labeone inſanior inter ſanos dicatur. Senſus autem talis eſt. Cenſes ne forſan ob id triſte: miſerabileq; futurum ne romani me labeone dementiorem exiſtiment: ſi audebo ſatyram ſcribere in maloſque inuehi: & reipublicæ occupatores: ut Labeo fecit. Nugæ quidam reſpōdentis hoc eſſe uolunt: inſequēteſq; uerſus eidem per interrogationem attribuunt ꝙ interroget Perſium ab īdicio populi nū diſcedat: & nū redarguere eum audeat: & nū cæterorum more ab omnibus laudari non quærat: cū præſertim nemo Romæ ſit: qui non itidem faciat. Doctiores tamen cum ſuperiori uerſu continuantes poetæ tribuunt. Nugas enim ſi Labeonem ſibi romani prætulerint eſſe putat. Verum aſſeuerantet non ſine riſu diſtorto paululum ore legendum eſt. Non ſi quid turbida roma eleuet accedas: Cum corrupto populus romanus iudicio ſit: ſi aliquem extulerit & laudarit: populari iudicio non accedas. Non enim quia laudetur a uulgo aliquis ſcriptor probandus eſt. Examēq; improbum in illa caſtiges trutina. Falſum illud populare iudicium corrige. Examen enim hoc loco iudicii inueſtigatio atq; examinatio eſt ab examine ſilo tractum quo pondera in trutina perpenduntur. de quo Vergi. Iuppiter ipſe duas æquato examine lances Suſtinet.

Caſtiges trutina: nec te quæſiueris extra.
Nā romæ ē: quis nō? ac ſi fas dicere: ſed fas:
Tūc cū ad caniciē: et nr̄m iſtud uiuere triſte
Aſpexi: & nucibus facimus quæcūq; relictis

CORN.

¶ Caſtiges: caſtigare autem eſt digito libram percutere ut temperetur & per agitationem poſt equum cōquieſcat. Trutina: eſt foramen ītra qđ ē lingua bilancis uel quod eſt examinatio. Nec te q̄ſiueris extra: ideſt noli de te iudicium extra quærere quæ ē chironis ſn̄ia lacedæmonii. Nā romæ eſt qs nō? in populo inquit: quis non eſt rudis & imperitus. Tū cū ad caniciem: cū riſu pronunciandū ē quū ad ſenes poetas reſpiciā. Et nr̄m iſtud uiuere triſte. i. naturā uitam triſtē. Nucibus relictis. i. ludis puerilibus dimiſſis uel depoſitis uenire ad grauitatē: omiſſis nucibus q̄bus pueri ludunt.

IOAN. BRI.

¶ Caſtiges: Senſus eſt. noli iudicium Romanorum: ꝙ nulla ratione ducitur. i. ꝙ habent in ſua trutina iniuſtum caſtigare. q. d. paruifacias. Trutina. ſtatera: idem enim ſunt Horati. Trutina poneres eadem unde Trutinor: ut perſius alibi: Trutinatur uerba labello. Nec te q̄ſiueris extra: ſn̄ia ē catholica qua monet neminem oportere ī rebus gerēdis famā popularē captare: nec alieno uiuere iudicio. Sed ut ex Cicerōis philoſophia habet ſufficere debere ad gloriā benefacti cōſcientiā. Vñ illud ē apud Ver. Pulcherrima primū dii moreſq; dabunt ueſtri: tum cætera reddet Actutū pius Aeneas. Nec te quæſiueris extra: illud attendendū eſt Perſium tanta indignatione uehi: ut præ ira ſermonem & ſenſum non abſoluat: plærūq; hic enim dicturus erat: nec te quaſi ueris extra: quod alii faciunt: nā mox ſequit. Nā romæ ē nō. Senſus eſt igit. Quid de te homines loquant: non curabis: nō quæ res ꝙ ab aliis fere oībus fit: unde illud emergit. Et uerū inquis amo: uerū mihi dicito de me quis populi ſermo: nam Romæ eſt quis nō? hæc omnia excipienda ſunt riſu. ut indignationem: quam in animo concipit poeta ridendo oſtendat: ſequitur. n. Sed ſū petulanti ſplene cachino. Et paulo īferius: Rides ait & nimis uncis narib9 indulges. Nā romæ eſt qs nō? Subaudi laudis & gloriæ cupidus quis romæ nō ideo aliqd ſcribit laudetur. illud enim uenerat in conſuetudinem ut ſcriptores laudes alienas quærerent. Vnde Iuue. librū ſi malus eſt nequeo laudare Horati. Scribet mala carmina uecors laudato. Oui. in arte amandi: Quid petitur ſacris niſi tantum fama poetis: Hoc uotum noſtri ſumma laboris habet. At ſi fas dicere. Tantū ſibi diſplicere mores poetarum ſui temporis oſtendit: ut in eos multa & grauia diceret: niſi ſciret ſibi periculum īminere: tum a Nerone: tum ab aliis Romanis. Quare infert At ſi fas dicere deeſt dicerem multa quidem: dubitat autem ſibi non concedi: ut libertate ſatyrica qua uſi ſunt priores dicat q̄ ſentiat. Hoc autē eo riſu pronuntiādū eſt quo animi indignatio oſtendit. Sed fas: ſubaudi eſt ideſt licitum ē quidem dicere. Sed fas: ita pronunciandum eſt. ut diu ſecum deliberaſſe uideatur. Tūc cum ad caniciem: & noſtrum iſtud uiuere triſte aſpexi: hic locus continuatur uſque ad id ſcribimus incluſi: cuius ſenſus talis eſt: omnes quidem ſiue grauioris ſumus ætatis: ſiue exceſſimus a pueritia ea ratione aliquid ſcribimus ut a populo laudemur: Vnde ſequitur. At pulchrum eſt digito monſtrari: & dicier hic eſt: ordo eſt. Tunc tunc cum ſcribimus incluſi: cum aſpexi ad caniciem. Aſpexi ad caniciem: ideſt cum ſenes & iuuenes reſpicio & intueor. illud hoc loco addo auctore Plinio caniciem homini tantum & equis dari. Et noſtrum iſtud uiuere triſte. triſtem dicit uitam noſtram: quia nimis ambitioſi ſumus: & de laude aliena ſolliciti: & ideo ualde triſtem. Et noſtrum iſtud uiuere triſte: Sermo eſt figuratus cū infinito uerbo ſit uſus pro appellatione: noſtram enim uitam uult intelligi utimur & uerbo pro participio. Vergi. Magnum dat ferre talentum: tanquam ferendum: Et participio pro uerbo: ut uolo datum. Sic etiam Varro uſus eſt cum ait in arcadia ſcio me eſſe ſpectatum ſuem: pro ſpectaſſe. Iſtud cum contemptu ꝓnunciandum quia tantopere de gloria anxii ſumus. Et nucibus facimus q̄cunque relictis: ætatem puerilem deſignat: quæ nucibus delectatur. Martialis. Iam triſtibus nucibus puer relictis Clamoſo reuocatur a magiſtro. Et alibi. Alea parua nuces & non damnoſa uidetur. Sæpe tamen pueris abſtulit iſta nates. Horatius: poſtquam te talos Aule nuceſque ferre ſinu laſſo donare & ludere uidi. Facimus quæcunq;. i. liberiore licentia uiuimus præterita pueritia: ideſt poſtq̄ ad adoloſcentiam peruentum eſt. Terentius. Poſtq̄ exceſſit ex ephebis liberior fuit uiuendi poteſtas.

Trutina

Canicies

Nuces relinquere

BAR. FON. ℂ Trutina uero ꝙ ſtatera eſt. Victruuius libro undecimo. id aūt ex trutinis: quæ ſtateræ dicūtur: licet cōſiderare: a q̄ & trutinari deducitur: ut Atq; ex porrecto trutinantur uerba labello. Nec te quæſiueris extra: nec te extrinſecus & ex alieno iudicio exiſtimes. Nam romæ eſt quis: apoſiopeſis figura eſt: ī qua qd taceatur incertum eſt: aut longiori ſermone explicandum. Nam uel iudicio recto: uel qui non male uiuat: uel q nō ſe extra quærat: uel eiuſmodi aliquid ſubiungendū eſt. Non: hoc per ſe ſeparatim legitur. reſpōdentis enim indignatio non ſine acrimonia frontis eſt admirantis ſimul & ſtomachantis a Perſio dici neminem recto iudicio Romæ eſſe. Quod ſi ſuperiora a contradicente prolata per interrogationem ſumpſerimus: hanc negationem poetæ dabimus reſpondenti ſe extrinſecus nolle quærere. Ac ſi fas dicere: ut cūq; ſuperiora legantur: reſpondentis hæc aduerſarii uerba ſunt. Derugata enim fronte perinde inquit o Perſi: dicis corrupto iudicio omnis eſſe maleq; uiuentes: ac ſi ita loqui licitum ſit. Sed fas: Reſpondet poeta fas eſſe ita ſentire: loqui. Tunc cum ad caniciem: cum deprauatam: corruptamq; uitam etiam in ſenioribus uideat ſatyram ſe ſcribere uelle ſignificat. Noſtrum illud uiuere triſte. Figura locutionis eſt quum infinito uerbo: cum appellatione ſit uſus. Noſtram enim uitam intelligi uult. Ac nucibus facimus: quæ cum relictis: Et cum aſpicio: quemadmodum uiri facti puerilia uitia labimur: atq; ſceleribus non ceſſamus. Catamiti autem pueri: quibus licenter abutebatur antiquitas: turpi obſequio recedentes: pueritiæ ludum nuces ſpargebant quo ſe puerilia cuncta ſpernere demōſtrabant. Catullus. Da nuces pueris iners concubinæ. Satis diu luſiſti nucibus. Lubet iam ſeruire talaſſio.

Cū ſapimus patruos: tūc: tūc: ignoſcite: nolo
Quid faciā? ſed ſum petulāti ſplene cachino

CORN. ℂ Cum ſapimus patruos. Paternos dicit ſaluos: ideſt cum æquiparamur patruorum ſapientiæ antiquæ conſuetudinis: erat filios fratribus nutriendos cōmittere a quibus & dilectio circa nepotes: utpote a uicinis parentibus fieret. Vnde & Homerus ait: Intuētes paternæ uerbera linguæ. Tunc tunc ignoſcite: Significat rationem naturalem tūc præcipue cum ſecuritatem ætatis aſpexerit. Nolo: aut ſigna ē: nolo ridere: ſed ignoſcite. Quid faciam? naturale mihi eſt hoc. Tunc: iteratum accipitur: tunc pro præcipue uel etiam aſſeueratio eſt ualde dolentis ut me me adſum qui feci: & nunc nunc licet: licet crudelem abrumpere uitam. Sed ſum petulanti ſplene: Ideſt non me crimeo laſciuior riſu ex hoc dicit: date mihi ueniam ut rideam & hoc ſcđm phyſicos dicit qui dicunt homines ſplene ridere: felle iraſci: Iecore amare: & corde ſapere. Splene petulanti: luxurioſo pectore: uehementius. n. ſplenetici ridere cōſueuerūt. Cachino: autem dupliciter exponitur ſiquidem eſt & nomē cum per caſus flectit: ut hic cachino nonis. quō: leno lenonis: palpo. onis. uerbum eſt cum per modos & tempora declinatur. ut cachino nas: & cachinor ris: ab eo ꝙ eſt rideo: cachinus autem eſt riſus laſciuior cum uoce.

IOAN. BRI. ℂ Cum ſapimus patruos: ideſt ſumus patruis ſapientia pares: pueri enim in cuſtodiam & diſciplinam patruis dabantur. Horatius. Siue ego praue ſeu recte hoc uoluit. ne ſis patruus mihi. Tunc: tunc: Geminatum eſt aduerbium quod coniungitur: ut dictum eſt cum ſcribimus: ut Vergilius. Nunc nūc o liceat crudelem abrumpere uitam: ut ſit. Tunc tunc: tunc inquam ſcribimus. Ignoſcite illud ſpectat ſed fas. i. ſi uos fortaſſe offendere dum dico quod ſentio ignoſcite: Hoc uerbo ignoſcite calide oſtendit rem turpem eſſe de qua dicturus ſit: & riſu Satyrico omnia proferenda & uenuſta capitis agitatione pronuncianda.

Pueri in patruis in cuſtodia3 dabātur.

Nolo: Subaudi dicere: dubitat: an dicat. Ad illud refertur at ſi fas dicere. Quid faciam? Quaſi dicat: quid proderit dixiſſe cum iam omnes perdita laborent ambitione. Sed ſum petulanti ſplene cachino: Sed particula eſt aduerſatiua. quæ ita ſuperioribus aduerſatur: ut q̄uis ſatius eſſet tacere cum nihil loquendo proficiat: tamen oſtendat ſe tacere non poſſe cum a natura profuſus ſit in riſum. Cachinus. Is ē quī immoderate ridet. Petulanti: procaci a petendo: unde dicimus hominem petulātem qui hūc & illū abſq; pudore petit. Splene. Scribit Plinius ī ſplene peculiare curſus impedimentum eſſe: & iccirco per uulnus etiam exempto uiuere animalia. Opinionem etiam eſſe adimi riſum ſimul homini: intemperātiamq; ioci conſtare lienis magnitudine ſplen græce: lien dicitur latine: a quibus ſplenetici & lienoſi: nec ii imperiti audiendi ſunt qui lienem inteſtinum exponunt. quo egeruntur ſordes alui.

Cachinuſ petulans Splen.

Lien.

BAR. FON. ℂ Cum ſapimus patruos. Adoleſcentibus corrigendis ſeueriores patrui quam patrēs ſunt. Parentes enim indulgentiores in liberos natura facit. Ob hoc patruis educandi pueri tradebantur: quoniam & ſeuere eos corriperent & propter ſanguinis propinquitatem amore etiam non carerent. Homerus. Intuentes paternæ uerbera liguæ. Tunc tūc ignoſcite. Si ſatyram ſcripſero ſubaudiendum eſt. Nolo quid faciam. Dubitatio eſt. Ambigit enim utrum de duobus potius eligat an ſcribat ſatyram: an omittat. Sed ſum petulanti ſplene cachino: Statuit tandem ſatyram ſcribere. quum non poſſit uanitates & ineptias hominum non ridere. Eſt autem hoc geſtu quodam liberali cum iactatione utriuſq; manus. & cum decora capitis agitatione pronuntiandum: quo melius deliberantis affectio exprimatur. Splen uero græce: latine lienis & lien dicitur. Et ut Cornelius Celſus de medicina uolumine quarto refert: ſiniſtra in parte locatus eſt: inteſtino innexus: natura mollis. & rarus longitudinis: craſſitudiniq; modicæ. Eius uero magnitudo: ut Plinius undecimo libro ſcribit: riſum & intemperantiam ioci facit. iure igitur ſatyram diſcepturus ſe eſſe dicit ſplene petulanti cachino: ideſt ſplene: qui riſu luxuriet: & abundet. Cachinus enim effuſior riſus eſt reprehenſioniq; admixtus.

CORN. ¶ Scribimus incluſi: Ordo autem eſt uerborum: cũ ad caniciem uenimus: tunc ſcribimus: aut ad poeticã artem retulit ꝙ autem ait: ĩcluſi ẽ ac ſi diceret. Incluſi: curare moti: aut certe incluſi metri lege coartati. Canicies ab hoc autem loco incipit de malis poetis loqui. Numeros ille hic pede: numeri proprie rithmi ſunt: nunc uero metrum ſignificat. Pede liber: ideſt proſaicam orationem componens. Item pede orator ꝓſaicam orationem componens: poſtq̃ Cicero præcepit proſaicam orationem ita componẽdam eſſe. ut certis quibuſdam fiat pedibus & terminet cum præcepto iudicium aurium & naturalem orationi curſum fa Cicero

Scribimus ĩcluſi: numeros ille: hic pede liber
Grande aliquid qđ pulmo aĩæ ꝑlargus ãhelet
Scilicet hæc populo pexuſq;: togaq; recenti.
Et natalitia tandem cum ſardon ce albus

cile enumeratione multi nomen ſicut cauſa pertulerunt. Grande aliquid: hoc per yroniam dicit: Yronia Iã putatur tragœdias ſcribere. Quod pulmo animæ prælargus anhellet: ideſt ſermone non humili immo poetico ſpiritu quo proferentes pœne rumpuntur: dum uolumus hoc ꝙ ſcribimus facilius pronuntiare. Animæ: autem ꝑlargus dixit uento abundantius. ſ. ut Vergilius. Quantum ignes Vergilius animæq; ualent: & alibi. Ille regit dictis animos: & Homerus. Impellũt animos lintea thraciæ. Scilicet Homerus hæc populo: quia talia ſcribit: ut ſint digna populi iudicio: qui nũq̃ recte iudicat: neq; ſapientius. Pexuſq; togaq; recenti: Pex pectinatus: uel tenſus. Vnde perpexam ĩ pectore barbam. C. ii. tonſuræ gen⁹ quo iuuenes tondentur: unde ſic tonſi pexi uocantur: cuius rei meminit Vergilius. Stiriaq; ĩpexis induruit horrida barbis. Vergilius Togaq; recenti: noua: uel nitida ualde albiſſima pro noua: non enim quicquid nouum eſt recens eſt: ſed naturalia intacta recentia ſunt. Et natalitia tandem cum ſardonice albus.

IOAN. BRI. ¶ Scribimus incluſi: Strepitũ fugientes. Iuue. Qui facis in parua ſublima carmina cella. Numeros ille. i. uerſus qui pedum numeris conſtant. Pede liber. A metri lege ſolutus. Grande aliquid: Ironia eſt ideſt orationem tumidam inflatam. Anhelet: ꝓferat uehementi ſpiritu. Pulmo ꝑlargus animæ. Abũdãns ſpiritus: Nam ut ſcribit Plinius ſub corde eſt pulmo: ſpirandiq; officina attrahens ac redens animaꝫ iccirco ſpongioſus ac fiſtulis inanibus cauus. Pulmo Scilicet hæc populo. Hinc omnis pendet indignatio poetæ ꝙ carmina ad laudem populi conſequendam ſcribant. Scilicet cum Ironia infertur. ſ. Teren. id populus curat. ſ. Pexuſq;: togaq; recenti. irriſio eſt in eos q opera ſua recitãtes & carminis laſciuia. & cultu corporis fauorem populi quærunt. Toga recenti. Noua. Natalitia ſardonice: quæ die natali dono miſſa fuit: naꝫ natalẽ diẽ celebrãtib⁹ dona ab amicis mitti ſolebãt: Martia. die natali reſtituti. Certẽt munerib⁹ beatiores aggrippæ: tumid⁹ negociator cadmi municipes ferat lacernas pugnaꝝ reus ebriæq; noctis cœnatoria mittat aduocato. Infamata uirũ puella uicit: ueros ſardonicas: ſed ipſa tradat. Natalitia dona Sardonix Sardonyce: onyx gẽma ẽ: cui nomẽ ẽ cõiũctũ cũ Sarda alio lapide. Nã ut Suidas dicit auctore Pli. onyci candor ẽ unguis humani ſimilitudinem: item chryſoliti & iaſpidis & ſardæ unde nominis ſocietas oritur: Sardonycẽ Ptolemæus a ſardonyce monte Indiæ deriuari ſcribit: ea uſus eſt primus ſuperior aphricanus: auctor eſt Pli. Virili genere protulit Iuuenalis: In manibus denſi radiant teſtudine tota Sardonyces. Tandem ſignum eſt tarditatis: dictum in exprobrationem nimii cultus quod turpe eſſe in homine oſtendit. Ouidius: Sint ꝓcul a nobis iuuenes: ut fœmina compti. Fine coli modico forma uirilis amat. Albus mundus: polit⁹: ſic enim ſperat populi fauorem promereri poſſe: aut quod magis placet Porphyrioni pallidus.

BAR. FON. ¶ Scribimus incluſi. Hactenus tanq̃ operis ꝓpoſitio & deſcribẽdæ ſatyræ deliberatio quædã fuit. Nũc uero narrationem ingreditur primũ inuehens in ſcriptores ſua opera publice recitantes: & plauſum popularem aucupãtes. Verum: quo magis reprehendere eos poſſit: in eorum numero ſe reponit. Incluſi autẽ dixit: uel quod ſecretis in locis a ſtrepitu ac turba remotis ſcribitur. Velut eos reprehendat: qui ut diligenti⁹ atq; accuratius ſcribere putarentur: ſecretiora loca quærebant. De quibus Horatius. Secreta petit loca: balnea uitat. Numeros ille: Carmina certis numeris: pedibuſq; finita. Pede liber: proſaicam orationem intelligit: quæ licet numeros. concentuſq; ſuos & ipſa habeat: non tamen pedibus iiſdem: quibus lex carminis circunſcribitur. Grande aliquid pulmo animæ prælargus anhelet: oſtendit ampuloſum aliquid turgidumq; deſcribere quod poſtea magna cum anhelatione prouinciet: pulmo autem: ut Celſus in quarto ſcribit. Spongioſus ideoq; ſpiritus capax eſt: & a tergo ſpinæ iunctus ĩ duas fibras ungulæ bibulæ modo diuiditur. Sed eo cum reſpiremus quod & ſpongioſus & fiſtulis in nauibus cauus eſt iure eum prælargũ animæ. i. ſpiritus capacem atq; abundantem appellat. ſcilicet hic populo pexus. Qui aliquid mollius turgidiuſq; conſcripſerit quum bene cõptus atq; ornatus molliter: ac laſciue ſcripta ſua pronunciabit: uidebis nedum uulgares ac uiles homines: ſed uiros etiam militares ac nobiles tanta libidine affici: ur eam geſtu & uoce ſignificent. Natalitia ſardonice: qua diebus natalibus uterentur. Fuit enim in magna quondã æſtimatione Policratis Samii tyrãni annulo maxime celebrata. Quin circiter ducenteſimum atq; trigeſimum annum romanæ urbis eſt interfectus. Apud romanos autem ſuperior aphrican⁹ primum ſardonicæ uſus fertur. Hæc ſola prope gemmarum cæram in ſigno non aufert. Et ob hoc initio in annulis placuit. Coloris eſt in candido cærulei cum quadam ſpecie purpurea: ut tranſire minimum uideatur. In india uero & arabia & armenia naſcitur: ſed deterior armenica: hæc & ſardonycus dicitur. Vnde Iuue. Gẽmaq; princeps ſardonycus. Albus: pauidus: unde Horatius in ſermonibus. Pinguem uitiis: albũq; neq; oſtrea. Nec ſcaurus aut põt peregrina iuuare lagois. Hic autem & uitiis & recitationis mœtu pauebat.

CORN. ¶Sede legens celſa: Ideſt pulpito uel roſtris recitans: & hoc dicit ad hoc recitaturum ornatus & feſtinus i̅cedebat: ut corporis habitu non dignitate caris ſe audientibus cōmēdaret. Albus: aut feſtina ueſte indutus aut cogitandi palore confectus. Sardonice: autem gēma dicit quā ipſe habebat aut ab amico accepit: natali die tandem in hoc ambiguitas exiſtimatur: quia poteſt dici uel tandem legens: uel tandem cum ſardonice: uel tandem albus alia ambiguitas. Natalitia: utrum autem eā natali ſuo munere acceperit: aut tm̄ eo die gerere ſolebat: quia quidam habent annulos: quos die tm̄ natali gerunt. Sardonice: gemmas præcioſas in annulis quas in natalibus ſuis cōſecratis dieb⁹ portāt. aut Sinecdochicos ſolēni die. Liquido cum plaſmate guttur: Mobile collueri: qa uoce formaṫ: hoc eſt per humidas fauces uenitur

Sede legens cælſa liquido cū plaſmate guttur
Mobile colluerit patranti fractus ocello.
Hic neq; more ꝓbo uideas: nec uoce ſerena
Ingentes trepidare titos: cum carmina lūbū
Intrant & tremulo ſcalpūtur ubi ītima uerſu

Vergilius Vergilius. Vnde uoces iter. plaſma lenis cantilena uelut deficientis gutturis medicamentū exq̄ſito intellectu: tāq̄ eo laueris puge reddideris: guttur flectu fœmineo agitatū. Patranti fractus ocello: fractus. i. ſolutus effœminatus: patratio ē rei ueneree

Iuuenalis cōſumatio: unde & patres dicti eo ꝙ patratione peracta filios ꝓcreent. Iuuenalis. Oculos in fine tremētes: Itē ocello pro hippocoriſma: qa illum cōtrahēdo minorē facit: & ē hyppalagæ: ut pictus acu clamydē ꝙ fieri ſolet non tm̄ ablatiuo ut pictus acu clamydē uel nuda genu. Hic nec more ꝓbo uideas nec uoce ſerena: Ingētes trepidare titos: hoc dicit eē auditorio: ubi recitāt poetæ: uel hic ꝓ tūc: & hic dicit cū moraliter le

Tatius titus rex ſamniorꝝ gātur ī quit carmina audiētū quoq; animi ad libidinem incitāṫ. Hic neq; more ꝓbo neq;. n. uoce ſerena: uocē laudātiū lætitia īſectat⁹: cū aut tumultuoſe clamāt aut obſcenos modos edūt ad dulcedinē carminū aut effœmināt aures i tm̄ ut audiētiū quoq; animi ſoluātur. Ingētes titos: dicit aūt generaliter romanos

Samnes. ſenatores a Tatio Tito ſamniorꝝ rege ꝑtcipe i regno romuli: ſamnios a romulo q romā cōdidit nuceres a

Luceres. trucis monio q aliq̄ñ auxiliū romulo dedit: alii a luco luceres noīarunt & eſt numerus. hæc. n. cū effœmi

Romulus nate legūtur: carmina audiētiū quoq; ſoluūtur animi. Ita neq; more honeſto neq; uoce uirili laudāt. Itē ti

Titos ironicos eqtes tos ironicos eqtes romanos principes magnꝝ autoritatis & honoris: idem ualuiſſet ſi lucios aut marios aut publios dixiſſet ſynecdochichos aūt titos ſcolaſticos ꝙ ſint uagi: neq; uno magiſtro contēti: & hi ī libidinē ꝓni ſicut aues qbus cōparanṫ. Cū carmina lūbū intrāt. i. tāgūt: & bñ dixit lūbū: nō animū: dicit

Lucios eni libidinē lūbis īmorari: uel certe carmē ſi effœminatū fuerit repſentare ipis cōcubit⁹: qūo. n. tact⁹ mu

Marios lierū mouēt intima: ſic uerſus enerues: nō animum ītrāt ſed lūbū. Et tremulo ſcalpūṫ ubi intima uerſu:

Lumbos tremulo uerſu. i. fragili uoce cantat ubi modulāti perurunt eorū uiſcera: ſicut tempore coitus. Scalpūṫ:

Iuuenalis dicit in libidinem excitantur: ut Iuuenalis: Quod non excitat ignem uox blanda.

IOAN. BRI. ¶Sede celſa: eminenti cathedra. Liqdo cum plaſmate: irridet id uitium: quod frequens erat apud recitātes: nam ut uoce molliore pronunciarent plaſmate utebātur: unde Fabius. Quintil. ita eos ſugillat. Lectio ſit uirilis & cum ſuauitate quadam grauis: non tamen in canticum diſſoluta: nec plaſmate: ut nunc a ple

Plaſma riſq; ſit effœminata: plaſma genus eſſe potionis oſtendit Cato: cum ait de plaſmate bibendis: unde bñ poeta dixit liquido. i. non ſpiſſo: ſed diluto eo uox cōmēdatur a plaſſo uenit: quod eſt fingo & compono.

Guttur Guttur: accipitur pro ea parte: quæ ē a faucibus ad iugulum: unde Pli. guttur homini tm̄ & ſuibus ītu

Gula meſcit aquaꝝ quæ potantur plærunq; uitio: gula uero ea fiſtula appellatur qua cibus atq; pot⁹ deuorat̄: conſtatq; neruo & carne: hæc tm̄ ab autoribus confunduntur. Colluerit: bibendo lauerit. Fractus: in

Patrare laſciuiā profuſus: dum impudica carmina recitat. Patranti: libidinanti: quaſi rem carmina recitando ꝑficiat: patrare. n. eſt aliquid turpiter cōmittere: ut ille homicidium patrauit: ergo patranti trementi & libidinoſe ſe agenti: quod libido efficere ſolet: ut Iuue. Oculoſq; ī fine trementes. Ocello: ſatyrice hominis laſciui ocellum appellauit. Hic neq; more probo: auditorum impudentiam notat quin turpi geſtu & liberali motu corporis recitantes ſubſequuntur. Hincq; oſtendit in ſcenis laſciua carmina recitari conſueuiſſe: quod ut turpiſſimum notat Perſius. Quare non debita laude fraudādi ſunt Maſſilienſes qui in ſcœnā (ut Vale. tradit) nullum aditum mimis dederuntq; eorum argumenta maiore ex parte ſtuprorum continent actus: ne talia ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumeret. Hic: aut hic pro tūc: aut hic pro illic. ſ. auditorio. Neq; more probo: ſed laſciuo geſtu. Voce ſerena: nec clara uoce: ſed tremula & fœminea: quod libido ſolet efficere. Trepidare: quodaʒ libidinis titulatu moueri & plaudere recitandi:

Titus cū tā laſciue pronuntiet carmina. Ingentes titos: ironia eſt: ideſt romanos principes magnæ autoritatis

Titulus & urbis tutores: romanorum enim eſt prænomen titus a tuendo: unde & tituli milites appellātur quaſi tituli ꝙ patriam tuerentur. Cum carmina lumbum. Intrant: recipiuntur lumbi ubi ſedes eſt Veneris & omnis libidinis excitatio. Scalpuntur: titulātur. Tremulo uerſu. uoce tremula ꝓnuntiato a poeta.

BAR. FON. ¶Liquido cum plaſmate: ad fauces moliendas: uocēq; ſuauiter emittendam nōnulli gutṫ emplaſtro colluebant: quod plaſma a plauto græco uerbo: qđ fingo cōponoq; ſignificat: appellabant. Ex pluribus. n. liquidioribus rebus cōmixtis: uocemq; adiuuantibus miſcebatur. Quā ſane pronūtiationem hiis uerbis Quintilia. li. i. inſtitutionum redarguit. Si autem in primis lectio uirilis & cum ſuauitate quadam grauis & non quidē proſæ ſimilis quia carmē ē: & ſe poetæ canere teſtantur: non tamē in canticum diſſoluta: nec plaſmate: ut nunc a plæriſq; ſit effœminata. Guttur mobile: ad geſtū pronūtiantis mobile rettulit. Nūc

enim in dextram: nunc in ſiniſtram partem guttur inflectitur: modo etiam pro rerum de quibus loqmur diuerſitate atq; natura uel deprimitur uel attollitur. Patranti fractus ocello: hic multa oris ſuauitate magnaq; geſtus laſciuia & uenerea oculorum mutatione uerſus pronuntians ipſo quoq; molliori obtutu ad libidinem auditores quodámodo excitabat. Qui uero uenere; peragũt oculis cõtremiſcũt. Iuue. oculoſq; ĩ fine trementes. Cum át huiuſmõi rẽ pficiũt: id patrare latini dicũt. Patratũ enĩ plutarcho auctore ĩ pblematibus finitũ quidá ac determinatũ ſignificat. Vnde & patres patratos dici putát: qd ad patrádũ: hoc eſt peragẽdũ iuramẽtũ ubi de fœderibus cõuenerat: mitterent. Trepidare: tremulo geſtu & plauſu laſciuiá demonſtrare cũ tali pronũtiatione ac geſtu: & obtutu facile ad libidinẽ mouerentur. Titos: tirorũ prænomẽ: ut Feſtus ait: a titulis ortũ ẽ: Tituli uero milites appellati ſũt: qd fortiter patriá tutarẽt. Cũ carmĩa lũbũ ĩtrát: cũ huiuſmõi recitátiũ molles affect⁹ lũbos penetrarẽt prurigine uenerea tágebátur. Ad nares. n. lũborũ uergit extremitas: in quib⁹ libidinis ſedes eſt. Vergilius ĩ priapeis. Criſſabit tibi fluctuante lumbo.

Tum uetulæ auriculis alienis colligis eſcas?
Auriculis quibus & dicas cute pditus: ohe
Quid dediciſſe niſi hoc fermẽtũ & q̃ ſimul it⁹
Innata eſt rupto iecore exierit caprificus?

¶ Tu; uetulæ auriculis alienis colligis eſcas? Hic inuehit̃ ĩ captatorẽ laudis ĩcomodæ. Vetulæ. i. ſtulte: qui ſeneſcis in iuuenib⁹ carminibus: & non dixit ſenex: ſ; uetulæ: & dictũ ẽ ſatyrice uetulæ. i. eius ætatis: homo non debes uanagloriæ eſſe captator: ſcribis ergo q̃ te non delectet: ſed q̃ capiat aurib⁹ ĩperit⁹: & iõ labore palles: & tibi ocia derogas in tẽpore recitatõis a pueris tibi plaudit̃ narratis & diſſolutis. Eſcas? át dicit fauorẽ & delectationẽ ex qb⁹ tu leris. ſ. ĩpitis & ſpurciſſimis dicas. Cute pdit⁹ ohe: ideſt uigiliis ac ſollicitudine ad tenuiſſimam cutẽ pduct⁹: aut certe cute pducta ſenectute pallid⁹ uel manifeſta cute perditus: ut uitium q̃ intriſecus hẽs ẽt in cute poſſit habere. Quid dediciſſe niſi hoc fermẽtũ & q̃ ſimul itus: Innata ẽ rupto iecore: exierit capriſic⁹? Verba poetæ: ad quẽ ſcribit ſed allegoricos dicit hoc: ſſe q̃ pderit. Didiciſſe aliqd niſi recitatiõe pádat̃: & tracta methaphora a fermẽto & caprifico: ſicut enĩ fermẽtũ rũpit maſſá: & caprificus ſaxa. Ita ĩgeniũ pect⁹: fermentũ. n. intra domum plus una hora nõ põt cõtineri. creſcit. n. & capric⁹ ex laterib⁹ ĩ quib⁹ cõcepta ẽ: inuehit̃ aũt i eũ q̃ carmina ſua ĩtra ſua nõ poteſt continere niſi ea diuulget niſi uana ſint: & bene caprificum poſuit quæ cum exierit nullum fructum profert. Item hic aut eſt ſcema antipophora: quia pro ſua tranſit in illius poetæ uocem: quem corripiebat: nec tñ receſſit a ſua perſona. ergo difficultas in ypotheſi ponitur interrogantis: alio reſpondentis: & erit ſẽſus ipſius flacci quaſi dicentis: & hoc tu putas dulce quod acidum eſt q̃tum fermentum & fructus putas ingenii: ut caprificus ĩnata corrumpat.

¶ Tum uetulæ auriculis: hoc pẽdet ex eo qd ſupra dixit. Tũc cũ ad canitiẽ: repræhẽdit. n. eos q extrema ætate gloriá & laudẽ q̃rũt ſcriptis ſuis. Tũ uetulæ: geſtu excandeſcẽtis & irati pronũtia: & eo uultu quo delinquẽtes corá corripimus. Vetulæ: nomẽ ẽ cõuitii. Ná plerũq; uetus infert̃ ad laudẽ interdum ad uituperationẽ ut hic quaſi carioſe rancide: ſic Terentius. Sed qui uetus maliuoli ueteris poetæ maledictis reſpõdeat. Colligis eſcas auriculis alienis. i. carmina ſcribis ut eorũ delectatiõe aures uulgi paſcant̃: & inde te laudẽt. Auriculis repetito eſt facta ad maiorẽ ĩdignationẽ. Terẽtius ĩ andria. Olim iſtuc: oli; cũ ita animũ ĩduxti tuũ. Quib⁹ & dicas cute peditus ohe. Irriſio ẽ. Qua oñdit q̃ turpe ſit ſe ipm oſtentare.

Cute pditus: ita quidẽ ſenex ut iá cutẽ amiſerit: qd ĩ ſenibus accidit: unde Iuuenalis de ſene. Deformẽ p cute pellẽ. Ohe: uox bacchátiũ ẽ: ut illud Horatii. Quo me bacche rapis tui plenũ? Ohe recẽti mens trepidat motu. Donatus tñ ad ſacietatẽ ſignificari docet: ut Iuuenalis. Sat̃ ẽ cũ dicit Horatius ohe. Quid didiciſſe: hoc pẽdet ex eo. O quátũ ẽ ĩ reb⁹ inane. Ná ábitionẽ eo; irridet qui ideo uirtutẽ colũt: ut famá & gloriá aſſequátur. Vnde erumpit illud Iuuenalis. Tanto maior ẽ famæ ſitis quá uirtutis quis eni; amplectit̃ ipſam pmia ſi tollas. Oui. in arte amádi. Quid petit̃ ſacris niſi tátũ fama poetis? Hoc uotũ noſtri ſumma laboris habet. Quid didiciſſe eclypſis eſt: ſubaudi aut pdeſt aut iuuat uel aliqd tale. Niſi hoc fermẽtũ & quæ ſemel ĩtus. Innata eſt rupto iecore exierit caprificus. i. niſi hæc tua ſciẽtia q̃ pectore tuo uix præ tumore cõtineri põt oſtẽſa fuerit. Fermẽtũ: apte fermẽto ſciẽtiá oſtẽtatoris cõparauit. Ná queadmodũ fermẽtũ qd a feruẽdo ẽ dictũ farina ĩuolutũ ſuo feruore erumpit & tumore: ita etiá ſciẽtia in oſtẽtatoris pectore incluſa erũpere oĩno cupit nec coerceri põt. Intus: in altitudine pectoris. Exierit: patefacta fuerit & diuulgata. Capriſic⁹ ex ſiluestri genere ficus eſt nunq̃ auctore Plinio matureſcẽs: e muris maxime erũpit. Martialis. Marmora meſſalæ findit caprific⁹. Iuuenalis. Ad q̃ diſcutiẽda ualẽt ſterilis mala robora fici. Rupto iecore: præſtat in methaphora. i. patefacto pectore. iecur noſtrum ẽ: epar uero græcũ.

¶ Tũ uetulæ: eũ repræhẽdit qd tali ſcripto; ſuo; recitatiõe uulgi fauorẽ captare populoq; placere: & ab eo laudari pudeat. Auriculis quib⁹: nõ ĩterrogãtis ẽ: ſed uehemẽtius admirátis quaſi nõ purgatis auribus & indoctis. Cute perditus: inflationem animi ſummo artificio cutis tumori ac ſenectui coniunxit.

Ohe: ridentis interiectio eſt: nam reſpondentis loquitur uerbis: quibus repræhenderetur: quod ſcripta ſuo populo recitaret: eiuſq; fauorem. Plauſumq; captaret: hæc non ſine lætitia quadam monitorem ridens reſpondet. Quid didiciſſe: p detractionẽ: ut Quintilianus in nono refert figuræ multæ fiunt: quarum una eſt: cum ſubtractum uerbum aliquod ſatis ex cæteris intelligitur. Quale eſt in bucolicis apd Vergilium. Nouimus & qui te. Decenter enim pudoris gratia ſtuprauerit: ſuſtulit: hoc itẽ in loco Perſius bre-

CORN.
Vanagl̃ia
Metaphora
Fermẽtu;
Ingenium
Maſſa
Caprific⁹
Antipophora
Ypotheſi
Caprific⁹
IOAN. BRI.
Vetus
Ohe
Fermẽtũ
Caprific⁹
Iecur
Epar
BAR. FON.

uitatis cauſa iuuat.ſubſtruxit:ut ſit.Quid iuuat didiciſſe:hanc figurā Eclypſim a grāmaticis appellari p̄ſpicio.Quæ ſit neceſſariæ dictionis defectu ad integrum ſenſum percipiendum. Ex reſpōdentis uero perſona loquitur nil forte utile didiciſſe:niſi quæ didicerimus oſtendamus. Niſi hocfermentum:a feruendo dictum fermentum eſt.quoniam feruefactum farinæ immixtum optimum panem facit.Quēadmodum uero fermentum ui ſua farinam diſrumpens feruorem ſuum emittit:ſic ſcientia & doctrina in humano pectore incluſa exire:ac ſuas oſtendere uires cupit. Rupto iecore exierit caprificus:ut parietes ac ſepulchra caprificus penetrat ac diſrumpit:ſic ī eo qui doctrinam intus conceperit:doctrina illa ſicut caprificus penetrare:ac iecore tanq̃ muro diſrupto exire nititur.Verum in fermento & caprifico:tranſlatio color eſt: quā ex alia re propter ſimilitudinem fermentum:& caprificus ad rerum cognitionem ac ſcientiam tranſferuntur. Iecur autem a noſtris:epar uero a græcis appellatur:ut Celſus in quarto ſcribit.dextra in parte ſub præcordiis ab ipſo ſepto ortum:intrinſecus gibbum eſt:quid prominens leuiter uentriculo inſidet & in quattuor fibras diuiditur. Caprificus uero e ſiluestri genere ficus eſt:nullo unq̃ tempore matureſcēs: ſed omnia in quibus naſcitur loca ui ſua penetrans.

En pallor ſeniumq;:o mores:uſq; adeo ne
Scire tuum nihil ē:niſi te ſcire hoc ſciat alter
At pulchrū ē digito mōſtrari:& dicier hic eſt
Ten cirratorum centum dictata fuiſſe

CORN. ¶En pallor ſeniūq;:effoneſis pp īdignationem: cū pallor ē āxietas animi præmaturam faciens ſenectutem: uel certe pallorem dicit cogitandi. Siquidem pallent poetæ cogitando. Senium:eſt ueluti accerſita miſeria: o mores ſenectutis defecti & peruerſi. Vſq; adeo neſcire tuum:nihil eſt: niſi te ſcire hoc ſciat alter:hoc dicit:en tm̄ eſt ſcientia tua ad nihilū reducta:ut aliq̄d te ſcire neſcias: niſi alterius iudiciū de tua ſcientia cōſulas. Scire tuum:hæc periodus apud Lucillum poſita eſt:ut me ſcire uolo dicimus:mi mi conſcius ſum:ut faciat ſcire hoc ſi neſciat:me ſcire tuum ac noſtrum uiuere triſte. [Lucillus]

At pulchꝝ eſt digito monſtrari cum dicier hic eſt obiectio facta poetæ:ſed magna gloria tibi in digito. oſtendētiū man⁹:hic reqrit̃ hyſtoria demoſthenis:q cum trāſiret:& a gecenario tabernæ digito mōſtraret̃ fert̃ lætat⁹ eē:ꝙ ab ignobilibus ſciret̃:& Homer⁹ ſc̃do carminū ſic poſuit totū muneris tui eſt:ꝙ monſtror digito p̄ter cūctos. Ten cirratoꝝ centū dictata fuiſſe ꝓ ni.pē.pōt ex perſona perſii ridiculeaccipi:at ab illo dictum putari:& gaudet exiſtimatione poetica:ſic Perſius:dicit cur non debes lætari certe maxima eſt gloria laudari a centum cirratis ſi ille dicit poetice an tu perſi exiguum putas laudari a centum ſcholaſticis neſcis hanc maximam exiſtimationem uideri:quoniam apud antiquos cirrati adoleſcentes uſq; ad certam ætatem:ꝙ de Aſcanio Vergilius ait:fuſos ceruix cui lactea.Ite3 cirratorum dicit puerorū propter lunæ curſum uitandum cirri conſecrati certis numinibus:uel certe cirratis capillatis pueris:& hoc dicit. [Perſius] [Aſcanius] [Vergilius] [Cyrri]

IOAN. BRI. ¶En pallor ſeniumq;:ironia eſt:quaſi dicat & cur non oſtendatur ſcientiam ſuam cum ex nimio ſtudio & pallorem contraxerit:& ſenio ſit confectus. O mores:exclamatio eſt cum indignatione in ambitioſū oſtentatorem:cum unuſquiſq; conſcientia benefacti contentus eſſe deberet. Scire tuum:hunc uerſum allegat Quintilianus li.ix.dicens in eo figuram eſſe quā regreſſionem appellat:ꝙ ſæpius idem uerbum repetatur. At pulchrum eſt digito modo:hinc emergit omnis indignatio poetæ ironia eſt.Martialis.Sed toto legor orbe frequens:& dicitur hic eſt.Et idem alibi.Rumpitur inuidia ꝙ turba ſemper in omni Monſtramur digito. Ten cirratorum cētum dictata fuiſſe.Pro nihilo pendas.i.ꝓ nihilo putes ꝙ in ſcholis magiſtri pueris dictata præbuerunt ex libris tuis.Nam dictata ſunt quæ magiſtri pueris præbent imitāda. Nec ea tm̄ in litteris:ſed in aliis quoq; artibus appellamus.Aſconius his uerbis ſcribit.Ergo libellum ueterem uult intelligi attuliſſe Cecilium:unde magiſtri dictata pueris præbere conſueuerunt.Suetonius tyrones per equites romanos ac etiam per ſenatores armoꝝ peritos erudiebant: precibus enitens:ut diſciplinā ſingulorum ſuſciperent:ipſiq; dictata exercentibus darent.Iuuenalis.Donec peragat dictata magiſtri.Horatius.Sic iterat uoces & uerba cadentia tollit.Vt puerum ſcæuo credas dictata magiſtro reddere. Deriuatum eſt a dicto.Nam dictare eſt enuntiare quod alius excipiat & notet. Ten pro te.ne.ordo eſt: ꝓ nihilo pendas te fuiſſe dictata centum cirratorum.i.ex libris tuis magiſtros dictata centū pueris præbuiſſe. Horatius in eo ita inſurgit.An tua demens.Vilibus in ludis dictari carmina malis? Centū cirratorū.i. puerorum quæ ætas capillis gaudet.Nam cirri dicuntur capilli cincini & torti.Martialis.Caput nudu3 cirris grandibus hinc:& inde cingunt.Idem alibi.Nec matutini cirrata caterua magiſtri.Iuue.Flauā cæſariē & madido torquētem cornua cirro.Carnes etiā oſtreoꝝ cirri dicūtur.Mar.& oſtreorū rapere liuidos cirros. [Dictata] [Dictare] [Cirri] [Cirrati]

BAR. FON. ¶En pallor:ſeniumq; o mores.Suo loco & tempore exclamatiōe utit̃ cum quadam ſignificatione indignationis atq; doloris.Eum enim indignanter repræhendit qui cum etiam ſenio palleat ita tamen alienū a bonis moribus ſe oſtendat:ut ſcientiam quæ non aliis innoteſcat:nihil poſſidēti profuturam exiſtimet.

Scire tuū nihil eſt:niſi te ſcire hoc ſciat alter.Figura locutionis utit̃:quā regreſſionē Quintilianus appellat.Fit autē quādoq; in eodem ſenſu:quādoq; etiam in diuerſo ſenſu:cū eadē uerba ponuntur. Interdum etiam uerboꝝ iteratiōe mutata. At pulchrū eſt:Superiori īterrogationi reſpōdet aduerſarius pulchrū eē prætereuntium digito demonſtrari. Et dicier:Paragoge figura eſt cū ad finem dictiōis littera uel ſyllaba apponit̃. Dicier.n.pro dici legitur. Ten cirratorum:īterrogat an parui æſtimet a multis cōcelebrari. Cirri uero capitis crines & cōtorti capilli ſunt.Vnde cirrati pueri qui in cirris utuntur eiuſmodi noīantur.

¶Pro nihilo ducas:ſcripta tua a magiſtris ludi doceri pueros. Mox enim erat magiſtrorũ libro ex aliquo CORN.
dictare pueris:occulte autem tangit Neronem cuius carmina qua imperabat per ſcholas celebrabantur. Cẽ Nero
tum autem pro infinito poſuit:ut Verg. Non mihi ſi linguæ centum ſint oraqꝫ centum. Ecce inter pocu- Vergilius
la quærunt Romulidæ ſaturi quid dia poemata narrent. Dia.i.ſancta:ut dia camilla. Item hoc dicit ꝙ iuſti Camilla
or ab ipſis reputabitur qui uino madentes diſcernunt de carminibus quæ uix etiam a ieiunis diſcerni poſ-
ſent. Romulidæ dixit.i. romani a Romulo: ut æneade ab Aenea. Bene autem inter pocula dixit. Vbi

Pro nihilo pendas ecce inter pocula quærunt
Romulidæ ſaturi quid dia poemata narrent
Hic aliqs cui circa humeros & iãthina lena ẽ

ſunt inſtrumenta libidinis. Quid dia poemata
narrent.i.quid ſentiendum ſit de poematibus:aut
qualia nunc poemata celebrentur: qualitatem po-
ſuit ut per corporis cultum demõſtraretur. Dia
magnifica clara:ut Horatius. Si natura dia catõis. Horatius
Hic aliquis cui circum humero iacinthina lena
eſt. Pallam dicit facta in coruinio in poetaruꝫ mẽ
tione. De ea aliquis locuples amatorios uerſus canebat:ita ut uox eius uideretur exire per nares. Iacinthi
na lena eſt. Palla coloribus diſtincta mentita per quam locupletem quempiam uult intelligi.

¶Ecce inter pocula quærunt romulidæ ſaturi. Satyrico riſu in eos inuehitur:qui epulis repleti iter ipſa po IOAN.
cula de ſcriptis alienis diſputant cum uerum iudicium tunc ferri non poſſit. Vnde Horatius. Diſcite non in BRI.
ter lances:menſaſqꝫ nitentes. Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus & cum Accilius falſis animus meliora re-
cuſet. Verum hic inpranſi mecum diſquirite. Et paulo infra. Male uerum examinat omnis corruptus iudex
quaſi dicat rectum iudicium fieri non poſſe cum crapulatus fueris. Hocqꝫ inuidioſe in Neronem dicit:qui
ut autor eſt Cornelius Tacitus etiam doctoribus ſapientiæ impartiebat poſt epulas. Ecce incipientis eſt:
demonſtrantiſqꝫ rem nouam & inauditam:cum indignatione & animi impatientia dictũ ecce. Inter po-
cula. Hinc exit indignatio & ardor poetæ. Romulidæ. Romani:ironice:ideſt non romulo ſimiles: qui
ſumma cum ſobrietate ad res gerendas deſcendebat. Quod docet. L. Piſo frugi:quem ad cœnam uocatum
ait non multũ bibiſſe:quia poſtridie negocium haberet. Saturi:poſt epulas.ſ. Quid dia poemata nar
rent.i.ſcribant & tractent. Hic:ideſt in conuiuio. Cui circa humeros & ianthina lena eſt:a qualitate ue
ſtis diuitem deſignat & nobilem: de ipſo Nerone puto intelligi:cum reliqui conuiuæ in eius gratiam & aſ-
ſentationem qualiacunqꝫ pronuntiaret: carmina laudarent. Nam illud conſtat carminis ſtudioſum fuiſſe:
& ſæpe priuatim & publice:ut diximus carmina decantaſſe. Lena:ueſtimenti genus habitus duplicis:qđ Lena
ita appellatam exiſtimant tuſce: quidam græce clamyda:autor eſt Feſtus. Vergilius loquens de Mercurio. Clamys
Tyrioqꝫ ardebat murice lena Demiſſa ex humeris. Ianthina:ideſt coloris uiolacei. Ion enim uiola: an- Ianthina
thos flos. Nam ut ſcribit Plinius:ex uiolis:quarum plura ſunt genera purpureæ: Luteæ albæ: quæ ſponte ueſtis
apricis & macris locis prou niunt. Purpureæ latiore folio ſtatim ab radice carnoſa exeunt: ſolæqꝫ græco
nomine a cæteris diſcernuntur appellatæ:ita ab his ianthina ueſtis:licet apud Plinium legatur iacinthina ue
ſtis:& paulo inferius iacinthinum deprauato textu. A uiola ergo quæ ianthis appellatur ianthina eſt ueſtis.
Luxuria enim autore Plinio ueſtibus quoqꝫ prouocauit eos flores qui colore commendantur. Hos ait tres
eſſe principales. Vnum in cocco:qui in roſis micat:quo nihil grauius traditur aſpectu: & in purpuras tyri
as:dibaphaſqꝫ:aut laconicas. Alium amechiſton qui uiola:& ipſe in purpureum quenqꝫ ianthinum appel
lauit:Legendum itaqꝫ erit. Cui circa humeros & ianthina lena: ut interſeratur hæc particula: & nam aliter
uerſus non ſtaret:corrumpitur enim prima ſyllaba in ianthina. Martialis. Coccina famoſæ donas & ian-
thina mœchæ. Hincqꝫ apparet magni precii fuiſſe eam ueſtem:cum Martialis oſtendat. Tale munus nõ cõ-
uenire meretrici:& hæc particula ad indignationem poſita eſt:ut illud: Et quiſꝙ numen iunonis adoret.

¶Ecce inter pocula. Perſii uerba ſunt eorum conſuetudinem repræhendentis:qui ſcripta ſua recitaturi fa- BAR.
miliares & notos ad cœnam conuocabant:quo poſtea ſibi magis applauderetur. Oſtendit autem beneficiis FON.
obnoxios beneqꝫ ſaturatos non rectum de poetis iudicium ferre poſſe. Et ianthina lena. Iacinthinam ue
ſtem ab iacintho puero ab Apolline dilecto atqꝫ ab eo per imprudentiam interfecto: & in purpureum flo-
rem ſui nominis uerſo:in quem & Aiax quoqꝫ conuerſus eſt cognominari fere ab omnibus uideo. Verum
non iacinthina ſed ianthina a uiolæ colore:quaſi uiolacea legendum eſt. Ion enim uiolam: anthos florem
ſignificat:quod Plinius in primo & uigeſimo libro de uiolis ſcribens his uerbis oſtendit. Et iis uero quæ
ſponte apricis & macris locis proueniunt purpureæ latiore folio ſtatim ab radice carnoſa exeunt: ſolæqꝫ
græco nomine a cæteris diſcernuntur appellatæ:ita ut ab his ianthina ueſtis. Cum itaqꝫ Plinius ianthinam
ueſtem a uiola appellatam dicat:ianthis uero uiola ſit: nemo debet ambigere nequaquam ab iacintho co-
gnominari. Licet enim iacinthus flos ſit purpureus: ut apud Vergilium. Suaue rubens iacinthus: inter
uiolas tamen neqꝫ a ueteribus:neqꝫ a noſtris herbariis numeratur. Nam nec foliis nec caule nec radice uio-
læ eſt ulla in parte conſimilis:flore autem omnino diſſimillimus. Eſt enim flore lilio par:niſi tantum colo-
re diſtaret. De quo etiam ſcribit Ouidius. Tyrioqꝫ nitentior oſtro
Flos oritur:formamqꝫ capit quam lilia:ſi non Purpureus color his argenteus eſſet in illis.
Quare cum iacinthus uiola non ſit. Plinius autem a uiola ueſtem cognominatam ſcribat:ueriſimilius mi-
hi fit antiquiores librarios iacinthinam pro ianthina nõis deceptos ſimilitudine inuertiſſe. Mar. quidem li
bro.ii.ianthinam non iacinthinã ueſtem ſcribit. Coccina famoſæ donas & ianthina mœchæ. Vis dare quæ

Metæ. i. finis & termini uitæ. Vergi. Metaſq; dati peruenit ad æui. Et unde: ſubaudit̃ incipit. ut ſit ſenſus. ſcite noſtram originẽ duci a mortalibus. & ideo nos eſſe mortales ut oĩno nobis recte uiuendum ſit. Quis modus argento. ac ſi dicat auaritiã fugiendã eſſe: & ea tm̃ q̃ ſatis ſint ad uictum comparanda. q̃ oĩa ex philoſophia morali habetur. Quid fas optare: quid optandũ ſit. ut intelligamus nihil a diis peti debere niſi ut aiebat Socrates. tribuant bona. unde emergit illud Iuue. Nil ergo optabunt hoĩes ſi conſilium uis. Permittes ipſe expendere numinibus quid conueniat nobis: rebuſq; ſit utile noſtris. Hoc ideo dicit poeta quia ſtulti contraria optant: & pauci ſunt qui quid optandum ſit cognoſcant. unde Iuue. Quid enim rõne timemus aut cupimus? qd tam dextro pede concupis: ut te conatus non pœniteat uotiq; peracti? Quid aſper utile munus habet: pecunia ob id inuenta eſt. ut nõ iam in terram defodiat̃. ſed ut egentibus ſubueniamus ad eam igitur utilitatem parari debet. ut partim nobis partim aliis ꝓdeſſe poſſimus. Aſper: propter ſculpturam: qđ Pli. oñdit loquẽs de poculis: ea erãt exciſa in aſperitatẽ. Verg. Cymbraq; argento pfecta atq; aſpera ſignis. Patriæ chariſq; propinquis: patriæ enim charitati nihil denegãdũ eſt: & ꝓpinpi eadem ratione adiuuandi. Quem te deus eſſe: fac inquit memineris deum uelle te bonum eſſe & iuſtum. Humana qua parte locatus es in re. q. d. cum in rebus humanis uaria ſint aĩaliũ genera: te hoiem eſſe ſcito: cui ſoli rerum adminiſtrandarũ rõ conceſſa eſt: & ideo non feritatẽ: ſed humanitatẽ exercendã eſſe. Ne inuideas ꝙ multa fidelia putet: hinc docet auaris diuitias eſſe relinquendas: & præ uirtute omnia paruifacienda eſſe. Hæc eſt quæ præcipit philoſophia moralis. Fidelia: genus uaſis in quo optime ſeruantur ſalſamenta.

BAR. FON. ℂ Aut metæ q̃ mollis flexus. Per metæ ſimilitudinem admonet ne a uirtute ad uicia dilabamur. Meta uero a metiendo dr̃ terminuſq; eſt ac ſignũ. quo curſus intendit: ac circa qđ circulũ aurigæ uertunt. Moris eñi erat ſepties metam luſtrare. Propert. aut prius inſecto depoſuit prima curſu. Septima quam metam triuerit ante rota. Hanc conſuetudinem poſtea Domi. inuertit & a ſeptena luſtratione ad quinam redegit. Suetonius in eius uita. in his circenſium die quo facilius centum miſſus peragerẽtur ſingulos a ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit. Aſper nũmus. Nũmi ſigno impreſſi contractando digitis aſperi ſunt. Contra non ſignati leuigati & poo'iti ſũt. Nummus uero (ut Ariſto. in ethicis refert) non a natura: ſed a lege nõs dr̃. eſt inductus & ueluti ſubſidiu m cõmutandaꝝ rerum cõpoſitus. Et humana qua parte locatus eſt in re. Quo in

gradu re⁊ humana⁊ locatus ſis: & quā facultatē re⁊ obtineas: ne plus minus ue facias quā cōditio tua ſe/rat. Nec inuideas. qđ multa fidelia: nec liuore afficiaris: qđ aliquē ditiorē cernas: & q penariū multis re/bus refertū hēbat: quas umbri marſiq; clientes ſibi donarint. Putet: tā diu ſeruata ſit ut putorē grauemq; odorem redoleat.

In locuplete penu defenſis pinguibus umbris
Et piper & pernæ marſi monumenta clientis
Menaq; quod prima nondum defecerit orca
Hic aliquis de gente hircoſa centurionum
Dicat quod ſatis eſt ſapio mihi: non ego curo

CORN. ¶ Neq; iuideas ꝙ multa fidelia putet In locuplete penu defenſis pinguibus umbris. Diſce hoc eſt philoſophiam & non inuideas diuitibus ꝙ ſapiētia non eſt in quorum cælariis tanta eſt opū abun
Epulæ dantia: ut etiam putreſcant epulæ quæ conſumi ꝓ
Cælaria multitudine nequeant quæ cælaria muneribus pi/guium umbrorum uel clientum referta ſunt: qui/bus defenſionem patrocinando præbet. pingues
Penu autē dicit umbros nobiles populos: ut Verg. Totaq; thuriferis &c. & bene penu dixit non penore: ut Ve/gilius. Quinquaginta intus famulæ quibus ordine longo Cura penum ſtruere: quia ab eo ꝙ eſt penus pe/noris facit: & ab hoc penore. Ab hoc quod eſt penum huius peni ab hoc peno. i. quas partes tibi adiunxit deus in conuictu: qui enim hominibus ſumma omnium eſt philoſophari: nec te obſtruxit miratio abun/
Piper dantiæ & potentiæ cauſidicorum quod plæriſq; iuuenibus accidit. Et piper & pernæ marſi monumen
Perna ta clientis: ſubaudi putent: monumenta ſunt munera quæ memoriam efficiunt eo ꝙ hæreant memoriæ q̄
Mena ea dant aut mentem moueant. Menaq; ꝙ prima nondum defecerit orca: Mena ſalſamenti genus eſt ex piſce minuto quæ oblata eſt priuſq̄ finiret q̄ in cælario primum habuerat. Hic aliquis de gente hircoſa cen/
Hircoſi turionum dicat quod ſapio ſatis eſt mihi. Hircoſa dixit ut ab odore corporis quia ex labore & cibo multo ac ſomno fœtidum ſudat: aut ad mores barbaros rettulit: ut eorum qui iam putridi dici ſolent: & hoc poe/ta dicit me de philoſophia tractante ſi quidam audiat hoc dicat. Quod ſatis eſt ſapio mihi. Non ergo ſufficit mihi naturalis ſenſus: nullaq; ex philoſophica eruditione delector.

IOAN. BRI. ¶ Penu: appellatione penus intelligimus autore Gelio: omnia eſculenta: & poculenta in uſum totius anni.
Penu Terentius cum in cellulam patris omne penum congerebam. Horatius: propter frumenta penuſq;. Hinc autem poſuit penum pro reconditorio rerum. Locuplete: Locupletem Aulus Gelius dici putant quaſi loca
Locuples plæraq; tenentem. Vmbris: Vmbrorum gens antiquiſſima Italiæ exiſtimatur: ut quos umbrios a græcis
Vmbri putent dictos quod inundatione terrarum imbribus ſuperfuiſſent. Tercenta eorum oppida thuſci debellaſ/ſe reperiunt. Pinguibus: ob generoſum oleæ liquorem. Nam autore Plinio: hoc certamen humanæ uo/
Piper luptatis tenuere. Piper: apud indos præcipue in fronte caucaſi ſolibus oppoſita gignitur: arbor autem q̄ piper gignit in uiperis noſtris ſimilis eſt: piper quod candidum dicitur in precio eſt: idq; cibariis addebat.
Perna Horatius. Primus & inuenior piper album cum ſale nigro. Pernæ: eam partem in ſue acceperunt antiq: quæ cruribus coniuncta eſſent. Ita enim ſcribit Cato. Cum pernas emeris ungulas earum præcidito. Plini. tamen pro cruribus accepit: cum ait. Caſtrantur fœminæ ſuſpenſæ pernis prioribus. Marſi: populi Apu
Cliente liæ abellinares antea appellati. Clientis: clientes dicuntur qui magnos uiros ſequūtur: quaſi colentes. Nā romulos autore Feſto cum plæbem tuam eſſe uellet: eam inter partes diſtribuit: ut eorum opibus defenderetur. Vnde nunc primum & patrocinia & clientelæ inſtitutæ ſunt. Monumenta dicuntur quæcunq; relin/quuntur ad memoriam. Clientes ergo ut beneficii accepti memores eſſe uideantur aliquid donant: quod ſui
Mena ſit memoriam conſeruaturum. Menaq;: piſcis eſt marinus: qui colorem: ut ſcribit Pli. mutat: naꝫ hyeme
Hircoſi candidus æſtate fit nigrior. Hic aliquis de gente hircoſa centurionum mira urbanitate: dum rationes aſper/nantis recitat: eos percutit: qui & uirtutes & uiros uirtuoſos contemnunt. Hic: pro tunc. Gente hirco/ſā: hiſpida: hirſuta: quæ tantum laboribus & militiæ ſunt apta: nam fruticantibus pilis ſub alis hircoſi dicū/tur ob fœtorem hircinum: ii quæ ad militiam putabantur idonei. Iuuenalis. Sed caput intactum buxo na/
Cēturiōes reſq; piloſas Adnotet: & grandes miretur lælius alas. Centurionum. i. militum: ut alibi. Dixeris hæc inter uaricoſos centuriones. Centuriones dicti ꝙ centuriis præſint: quarum centurius eſt numerus. Quod ſapio ſatis eſt mihi: rationes contemnetis philoſophiam.

BAR. FON. ¶ In locuplete penu: in copioſo atq; abundanti penario. Locuples uero locorum plenus: quēadmodum pecunioſus a pecorum copia: aſſiduus ab aſſe dando cognominatur. Plenus autē omne eſculētum poculen/tumq; ſignificat. Penarium uero locum intra domum in quo penus reponitur. Eſt autē penus quartæ de/clinationis in genere maſculino & fœminino: neutro uero tertiæ: nam hoc penus penoris: ut pecus pecoris facit. Horatius primo libro epiſtolarum. Annonæ proſit: poterit frumenta penuſq;. Verg. in maſculino uel fœminino poſuit. Cura penum ſtruere: & flammis adolere penates. Vmbris. Vmbria regio ab apœnino ad adriaticum uſq; ſinum portenditur dicta ꝙ inundatione terrarum imbribus ſuperfuerit. Et pnæ: a pede perna dicta eſt cum toto pede ſallita. Cato de re ruſtica: & eo addito ungulam de perna. Marſi monu/mēta cliētis: ob eam cauſam a cliētibus miſſa: ne e memoria patronorum excidant. Monumētum enim eſt quicquid de aliqua re nos monet. Marſi uero populi ultra picenū pelignis & marucinis uicini ſunt. Menaq;: mena piſcis ē colorē mutans: candidæ enim hyeme Plinio teſte ſunt: æſtate uero nigriores. De gen/te hircoſa: an inculta & horrida militantium more: an potius graue olēti & fœtida eiuſmodi hirci ſunt: ut pote quæ libidinibus: luxuiq; intenta a diſciplina degenerarit.

CORN. archeſilas Solon Solones Catones Camillos Cyrenaic⁹ phũs

¶ Non ego curo eſſe q̄ archeſilas: ærumnoſiq; ſolones. Non curo hoc eſſe quod archeſilas philoſoph⁹ aut ſolon q̄ ẽt apud athenienſes philoſophus & legiſlator erat. Solones aũt more romano dixit ut Catones Camillos diuerſos. Erũnoſos aũt aut q̄a frugalitas philoſophoꝶ miſeria uidet̄ luxurioſis & prodigis qui duas tabulas legibus addidit eo q̄ aĩum colentes corporis culturã abiiciant archeſilas ſciti filius pitharicus cyrenaicus philoſophus perfectiſſimus: aut q̄ academiã primus inuenit. Obſtipo capite figentes: pro tanta & intenta cogitatione quaſi obſtupidi uideant̄. Obſtipo: inclinato & grauitatẽ ſimulante: & cũ obliq̄ta te fixæ. Et figẽtes lumine terram. i. luminibus ĩ terrã ĩmobiliter fixis: ut Ver. Obtutuq; hæret. d. i. Diua ſolo recubans. r. o. a. Murmura cum ſecũ & rabioſa ſilentia rodũt. i. cogitatões atq; inuẽtiones ſuas ſuſurro ĩmurmurãtes & diſputãtes minutas & ſenſum prolatas. Atq; exporrecto trutinãtur uerba labello: ægroti ueteres meditantes ſomnia gigni De nihilo nihil in nihilum nil poſſe reuerti. Dialectico more uerba exaiantes quoꝶ diſputatio talis: ut quaſi ægrotãtium diu ſomnia uideantur hoc diſputantes. De nihilo nihil in nihilum nil poſſe reuerti. Primo phyſicoꝶ qui ſcio eſt & de quã inter omnes conuenit nihilum de nihilo naſci, & nihil in nihilũ ſolui. Nam mundus de nihilo factus eſt & in nihilũ redigetur: ideo aut nihil mundum eſſe dixit: non quia homo eſt: ſed quod erit: quia ex nihilo eſt in nihilũ uadit: quæ oĩa negat centurio uelle ſe diſcere dicit: ita philoſophi ſibi oculis formant de quibus ſcripturi ſunt: ut ſunt diuturna infirmitate hoĩes: qui ſiccitate febrium & inſomnitate diuerſoꝶ imagĩes eoꝶ oculis formantur. Stoici aſſeuerant non poſſe ad nihilum aliquid reuerti: & aliq̄d non in nihilum diſſolui. Nam corpus athomus conſtat: quum decidit in athomos diſſoluitur: & ad utrũq; rñdet poſſe gigni de nihilo nihilũ: poſſe nihilũ nihil reuerti. Hoc eſt cur palles: cur quis non prandeat Hoc eſt. Ipſe adhuc loquitur ex tali ſtudio palles: & ecce ieiuniis ſufficis: quia tam diuturna cogitatio uel lucubratio uel in ædia pallorem corporibus iniecit. Iis populus ridet. i. de talibus uerbis. Multumq; toroſa iuuentus Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinos. Iſtis ergo diſputationibus ridet populus & toroſa iuuentus: aut multum ridet: aut cachinos ingeminat: at multum tremulos naſo criſpante cachinos.

Eſſe quod archeſilas: ærumnoſiq; ſolones
Obſtipo capite: & figientes lumine terram.
Murmura cum ſecũ: & rabioſa ſilentia rodũt
Atq; exporrecto trutinantur uerba labello
Aegroti ueteris meditantes ſomnia gigni
De nihilo nihil: in nihilum nil poſſe reuerti.
Hoc eſt cur palles: cur q̄s nõ prãdeat hoc eſt
Iis populus ridet: multumq; toroſa iuuentus
Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinos.

Nihil Cẽturio Athomi Pallor Cachin⁹

IOAN. BRI. archeſilas Solon Erumna Obſtipuꝫ Trutinari

¶ Arceſilas: pitaneus fuit academiæ nihil affirmantis clariſſimus antiſtes Crantoris diſcipulus qui cum in dicendo grauiſſimus eſſet: & in ſcribendo ſatis exercitatus poetica quoq; operam dedit. Et ille eſt qui ut refert Plutarchus autore Gelio: cum uidiſſet quendam diuitem nimis delicatum: qui incorruptus tamẽ & caſtus dicebatur: nihil inquit intereſt quib⁹ membris cynædi ſitis poſterioribus an prioribus. Hic ab aliis Archeſilaus dictus eſt: Obiit: teſte hermippo cum uinum immodice bibiſſet. Erũnoſiq; ſolones. i. ſeptẽ ſapientes græciæ quorum unus fuit Solon Exceſtiadæ filius patria Salaminius: qui regnante Tarquinio priſco romæ Athenis claruit. Is teſte Ariſtotele leges dedit athenienſibus tanto cum temperamento: ut parẽ gratiam teſte Iuſtino a ſenatu & plæbe contraheret: q̄q̄ plæbs & ſenat⁹ in ſumma prius eſſent diſſentione. Quibus ſi athenienſes perpetuo uti uoluiſſent: ſempiternum: ut ait Valerius habituri fuiſſent imperium. Idem oraculi iudicio ſapientiſſimus habitus eſt. In cypro cum Piſiſtrati tyrannidem fugiſſet: mortuus eſt anno ætatis octuageſimo. Erũnoſi: qui ſemper in laboribus & miſeriis uerſantur: nam ærumna autore Cicerone eſt ægritudo laborioſa. Obſtipo capite: ideſt obliquo. Horatius. *Stes capite obſtipo multum ſimilis metuenti.* Columella loquens de ſuibus fabricitantium inquit hæc ſigna ſunt: cum obſtipæ ſues tranſuerſa capita ferant. Tranquillus in Tybe. incedebat ceruice rigida & obſtipa. Rabioſa ſilentia: tractum a canib⁹ qui in rabiem uerſi neſcio quid ſecum frendunt. Trutinantur: penſitant quaſi in trutina. Aegroti ueteris meditantes ſomnia: appellat aſpernator uirtutis qui philoſophi diſputant & differunt: tanq̄ ſomnia ualitudinarii bonis. Meditantes: æmulatio eſt Horatii. Neſcio quid meditans nugarum totus in illis. Gigni: de nihilo nihil in nihilum nil poſſe reuerti: fuit communis opinio apud philoſophos: quam inter cæteros autore Laertio maxime probauere Epicurus: Diogenes: Themidis filius: & Democritus: cum de mũdi & reꝶ creatione loquerentur: nihil ex eo quod non ſit fieri: neq; in id quod haud quaq̄ ſit corrũpi. Quæ nunc ut ſubtilia & ocioſa irridet aſpernator uirtutis cõtẽnens philoſophos qui talia inueſtigent. Hoc eſt cur palles: uerba irridẽtis philoſophos: quos per irriſionẽ ex eo palleſcere dicit: q̄d nimis ſtudeãt. Cur q̄s non prãdeat. liberalium. n. artium ſcriptores parce uiuunt: unde Iuue. Tunc utile multis Pallere & toto uinũ neſcire decẽbri. His populus ridet: philoſophi a uulgo derideri ſolẽt: ut Perſius alibi docet. Nec q̄ abaco numeros: & ſecto in puluere metas Scit riſiſſe uafer multum gaudere paratus. Si cynico barbam petulãs nonaria uellat. Toroſa: carnoſa & pulpoſa: quo uocabulo utimur & in rebus inanimatis: ut ſæpe ẽ apd' Plini. Cachinos: riſus immoderatos. Inſpice neſcio quid trepidat mihi pectus: inſurgit poeta in eos q̄ tanta ſunt intemperantia. Vt quanuis ualitudinarii ſint cupiditatum: tamen uitia ſuperare non poſſint: ſed iis ita inſeruiant: ut grauiori contracto morbo moriantur. Hos igitur poeta ridendo percutit oſtẽdẽs q̄ turpe quemq; miſerum ſit hominem cupiditati & corporis uoluptatibus ſuccumbere.

BAR. FON. ¶ Archeſylas: Scythi hic filius patria pitaneus: clarusq; philoſophus fuit: & ætatis anno quinto & ſeptuageſimo obiit. Erūnoſiq; ſolones: laborioſi: ſtudio.n.ſapiētiæ dediti: cæteris rebus omiſſis multos labores pferūt: ob qđ erūnoſi cognominantur. Solon uero patria Salaminius Exereſtidiæ filius athenis maxie claruit: ſed Piſiſtrati tyrannidē fugiēs in Cypro: tandem octogeſimo anno ætatis moritur. Obſtipo capite: triſti ſeuero ad terrā inclinato. Obſtipi dicuntur quibus cola rigent: & in humerum capita inclinata ſunt. Exporrecto labello. Labra interdū contrahimus: interdum exporrigimus: atq; extēdimus. Qui autē interloquendum uerba pponderant labra quodāmodo extendere uidentur. Gigni de nihilo nihilum: & Democritus abderites & Dioge. Apolloniates: & Epicurus: & philoſophi fere oēs nihil eſſe quod ſui originem non habeat. Neq; quicq̄ ex nihilo gigni poſſe: aut in nihilum id quod aliquid eſt cōuerti poſſe: ſcripſerunt: Oīa.n.ex aliqua re fieri neceſſe eſſe dixerunt: qm̄ ſi qđ defluit interiret in id qđ non eſt. Omnia iādudū interiiſſent: quum ea non eſſent in quæ diſſoluerentur. Toroſa iuuētus: ualens & robuſta. Tori.n.partes mēbrorum neruoſæ caloſæq; & in ſe ppemodum collectæ ſunt. Valerius flaccus. Protulit horrēdoſq; toris informibus artus: quod & de uenis quoq; : quū uariū in morē quibuſdam in locis turgeſcunt, dicitur. Celſus in ſeptimo. Ac per ipſos uenarum toros inæquale eſt. In herbis quoq; eodem Pli. uerbo utitur. Nam de innula ſcribens ait. Breuior his eſt ſed toroſior amariorq; innula. Item de braſſica: alii in orbem porrecti: alii in latitudinē toroſi. Itē de aſparagis: qui caulem educēs tempore ipſo quo fatigatus eſt in toros ſtringitur.

> Inſpice neſcio qđ trepidat mihi pect⁹ & ægris
> Faucib⁹ exuberat grauis halitus inſpice ſodes
> Qui dicit medico iuſſus requieſcere: poſtq̄
> Tertia compoſitas uidit nox currere uenas.
> De maiore domo modice ſitiente lagena
> Lenia loturo ſibi ſurrentina rogarit
> Heus bone tu palles nihil eſt uideas tm̄ iſtud
> Quicquid id eſt ſurgit tacite tibi lutea pellis
> At tu deterior palles ne ſis mihi tutor
> Iampridem hūc ſepeli; tu reſtas perge tacebo

CORN. ¶ Inſpice neſcio qđ trepidat mihi pectus: de his nūc dicit q̄ īfirmitate īualidi uitia cupiditatū ſuarum ſupare nō pñt & ebrietate & aliqb⁹ deſideriis tracti ī mai⁹ ægritudinē ſuā corroborauit: & uſq; etiā ad mortē pueniant: & ſunt uerba ægri loquētis īpatienter: q; ſalutē ſuā negligat. Item. Inſpice neſcio qđ trepidat mihi pect⁹: ad ſuperioris ſenſus uim redit. (Elleborus herba) Elleborum fruſtra cum iā cutis ægra tumeſcit: & plus hic eos adiicit: q nō libenter op⁹ eē medicina ſibi dare pœnas h⁹ cōtumaciæ. Et ægris (Fauces) faucibus exuberat grauis halit⁹: grauis male olētis: ut Verg. Grauiter ſuſpirātis & graue olētis auerni. (Sodes) Inſpice ſodes: ſodes aūt ſodalis: aut antiquæ affectionis eſt: adeo ut ſoluto eo qđā uſi ſunt. Dic mihi ſi audes: ut Plaut⁹ per reſolutionē ſic ait: dic mihi ſi audes: q̄ eſt ea quā ducere uix uxorē. Iuſſus reqeſcere poſtq̄ tertia cōpoſitas uidit nox currerē uenas. Hoc poeta dicit poſtq̄ ille æger a medico iuſſus eſt reqeſcere q; tertia die eū ſanū inuenit. Rogat famulos ut (Lagena) de nobili apotheca lagena plena ſurrentino uino anteq̄ lauet abducatur: ſurrentū oppidū campaniæ qđ bona uina mittit.i.electa leuia uina ſurrentina cū ſint fortiſſima. Vnde Hora. ſurrētina uafer q miſcet fece falerna uina. (Surrentū oppidum) Modice ſitiēte lagena: minus plena: uel q; uetuſtate decoquat: ac per hoc ſeſe ſitiēs ebibat. Heus (Aegrotus) bone tu pales. Verba medici ad ægrotū: q oſtēdunt nō finitū eſſe laborē & introducunt monens & monit⁹ quorum altera riſio eſt. Nihil eſt: uerba ſunt ægri curā ſpernētis: & medicus. Videas tm̄ iſtud quicqd id ē ſur.ta.ti.lu.pel. At tu de.pal.ne ſis mihi tutor: quē ego iā pridē tutorē extuli.i.obrui. Surgit tac. tibi lu. (ydropeſis) pellis.i.tumeſcit: ydropeſis.n.luteus color eſt.i.ſubcroceus. Tu reſtas.i.reſiſtis: aut certe tu alter tutor ſis aut quē ſepeli. Perge tacebo. Et medicus quia perſeuerans non curaris: ideo diſcedo.

IOAN. BRI. ¶ Inſpice: uerba ſunt ægrotantis. Trepidat: palpitat. Grauis halitus: difficilis & olens. (Fauces) Faucibus: phyſicum eſt laborantē ſtomachi cruditate grauē olētiā emittere. Fauces autore Pli. uocant ſummum gulæ: eaq; numero tm̄ plurali. Qui dicit medico. Ordo eſt: q dicit medico q̄ ſupradicta ſunt iuſſis reqeſcere rogauit ſibi loturo ſurrētina lenia de maiore domo poſtq̄ tertia nox uidit uenas cōpoſitas currere. Venas cōpoſitas: pulſū arteriarum qetū. De maiore domo.i.diuitiis. Lagena: genus uaſis. Modice ſitiēte: parum capaci. (Surrētina uina) Surrentina: autore Pli. cōualeſcētibus maxime probata erant propter tenuitatē ſalubritatēq;. Tiberius tm̄ Cæſar dicebat cōſenſiſſe medicos ut nobilitatē ſurrētino darent alioqn eſſe gñoſum acetū. C. Cæſa. q ſucceſſit illi nobilē uappā. Surrētina dicta ſunt a ſurrētinis mōtibus cāpaniæ. Lenia: tenuia. (Vini genera tria) Tria.n.ſūt uini genera: auſterum: dulce: & lene. Sibi loturo.i.qui balnea ingreſſurus eſt. Heus bone tu pales: uerba medici reuiſentis ægrum. Nil eſt: uerba ægroti aſpernantis monitōes medici. Videas tm̄ iſtud: uerba medici bene conſulentis. Surgit tacite tibi lutea pellis: ſubaudi nam. Lutea coloris crocei: qđ in infirmo peſſimum eſt ſignum. At tu deterius palles: tm̄ abeſt ut capiat conſilium medici: & ultro etiam irrideat. Ne ſis mihi tutor: curator qualis pupillis adhiberi ſolet. Hora. Siue ego praue: ſeu recte hoc uolui: ne ſis patruus mihi. Iampridem hunc ſepeli. q.d. eum a quo regendus erat: non ſeipſum bene exiſſe: quandoquidem ante ſe mortu⁹ ſit: qua re infert. Tu reſtas: quem ante ſepeliā q̄ moriar. Aemulatio eſt Horatii. Oēs cōpoſui fœlices: nunc ego reſto. Confice. Perge tacebo: medici ſunt uerba irati & diſcedentis.

BAR. FON. ¶ Inſpice: icōtinentiā deſidis: delicatiq; uiri carpit: q cū paucorum dierum abſtinentia ſanari poſſit cōtra medici pcepta balneo ac uino utens in grauiorē morbū recedit: unde mors tandem cōſequitur. Inſpice aūt ab ægrotante ad medicum dr. Neſcio qđ uel ægroti parum quid morbi eſſe dicentis: uel medici potius uerba ſūt

ignorare ſe quid inſpiciat aſſerẽtis. Trepidat mihi pectus: notæ aduerſæ ualitudinis futuræ ſunt: ut Celſus etiam libro ſecundo refert: ſi dolor præcordiorum eſt: aut totiꝰ pectoris: aut ſi ſpiritꝰ grauior ẽ. Poſtq̃ tertia cõpoſitas uidit uox currere uenas. Medicinæ Perſius non ignarus ea profecto ponit quæ ueteres medici obſeruauerunt. Celſo enim autore libro tertio: ubi corpus ægrotare incipit: quãuis unam febris acceſſionem ſecuta integritas eſt: tamen quia tertiana timeri poteſt expectandus eſt dies tertius: & ubi acceſſiõis tempus præteriit: cibus dandus eſt: ſed exiguus quia quartana quoq; timeri poteſt. Hic autem die tertia cũ uideret febrim non reuertiſſe: tanq̃ omni periculo liberatus ad priſtinum uictum & incõtinẽtiam rediit.

Modice ſitiẽte: Cui ad ſummum librum parum deſit. Lenia ſurrentina. Tyberius Cæſar: ut ſcribit xiiii. lib. Pli. conſenſiſſe dicebat medicos: ut nobilitatem ſurrentino uino darent. Surrentini autem montes & campania uicini maſſicis gauraniſq; collibus ſunt. Heus bone tu palles. Medici uerba ſunt ne ſe lauet: ne uelargius uino utatur: quoniam palleat. Nihil eſt ualitudinem æger diſſimulat: quo poſſit ſolitæ ĩcõtinẽtiæ ĩdulgere. Videas tñ admonet medicus: q̃uis a morbo liberatus ſibiipſi uideatur: caueat tamen qm̃ cutis eius tacite ĩtumeſcat. At tu deterius palles: medico cõuiciat̃: ꝑmonẽs ne ſibi tanq̃ cuſtos & tutor ſit. Perage tacebo. Nullum ſe ulterius uerbum facturum promittit medicus.

Turgidus hic epulis: atq; albo uentre lauat̃.
Gutture ſulphureas lẽte exhalante mephites
Sed tremor inter uina; ſubit: calidũq; trientẽ
Excutit e manibus: dẽtes crepuere retecti
Vncta cadũt laxis hinc pulmentaria laboris
Hinc tuba cãdelæ tãdemq; beatulus alto
Compoſitus lecto: craſſiſq; lutatus amomis.

CORN.

Turgidus hic epulis: atq; albo uentre lauatur: oſtendit negligẽ iæ cauſa hoc fieri dum impatiat gulæ tãtos cibos ſumit quos diligere difficile ſit. Turgidum: dicit crudum ĩdigeſto. Albo uẽtre ydropeſi pallidum. Gutture ſulphureas lente exalante mephites: non coctum cibum ructans. Sulphureas mephites: a loco fœtido dixit: ꝙ ui talia grauiter ſpirat: ut Verg. Sæuamq; mephitẽ: ideſt ĩdigeſtionem uomitus ſulphurei uel ſulphureas ĩdigeſtas. Mephites corruptam ructãs aut putridum. Calidũq; triẽtem. Excutit e manibꝰ: triẽtem dicit calicem talem qui tertiam partem ſextarii capit aut tres eminas capiẽtem. Hinc tuba: quia ſepultura tubis antiquitus celebrabatur. ut Vergi. In cælo clamorq; uirum clangorq; tubarum candelæ quoq; etiam ſepulchris ante mortuos procedebant: ut idem Verg. & de more uetuſto. &. r. f. Tãdẽq; beatulus alto cõpoſitus lecto: beatulus dicit nõ ꝙ beatus ſit: ſed ꝙ nũq̃ ſplẽdidior habitu fuerit: q̃ eo quo effertur: aut certe quia romanæ conſuetudinis fuit ſimpliciter ſepelire inuidioſe hoc dicit: ẽt ambitionem irridet: non ꝙ matres & mariti dicuntur mortui: nõ eſt enim Romanæ conſuetudinis apocriſios doriſum ſignificat: ſed quia precioſiore in funeribꝰ ueſte ſtragula: cæteraq; etiam pauperculis exponebantur. Craſſiſq; litatus amomis. In portam rigidos calces extendit. i. multis oblitus unguentis foras exiſſe mortuus de domo ſua. Alto compoſitus lecto: qa lecto melius ſtrato in porta effertur q̃ eo quo dum uiueret utebatur.

Turgidũ
Ydropeſi
Mephitis
Triẽs ꝙ calix ſignificat
Tuba
Apocriſios ueſtis ſtragula

IOAN. BRI.

Atq; albo uentre lauatur: nam ante cœnam romani autore Celſo exercebantur: poſt eam exercitationẽ balnea ĩgrediebantur: quod & Appianus Alexãdrinus indicat loquens de Catone uticenſi. Circa ueſperã a balneo ad cœnam tranſiit; Idq; etiam ab antiquis obſeruatum oſtendit. Verg. cum ait. Littora aena locãt alii flãmaſq; miniſtrãt. Tum uictu reuocant uires: nam autore Seruio grammatico aena prata erant a troianis ut ſe ante lauarẽt quam cœnarẽt cum heroicis temporibus carne elixa nõ ueſcerentur. Albo uẽtre: pallido. Hor. Vides ut pallidus omnis cœna deſurgat dubia. Mephites ſulphureas: halitus graues & olẽtes: Mephitis autem odor eſt naſcẽs ex terris ſulphuratis. Verg. Sæuamq; exhalat opaca mephitis. Sed tremor ĩter uina ſubit: ex nimia repletione & cruditate ſtomachi in conuiuiis obrepũt tremores & repente moriũtur. Iuue. Hinc ſubitæ mortes atq; inteſtata ſenectus: hinc erumpit ĩdignatio poetæ. Calidumq; trientem: genus eſt uaſis potorii. Mar. Cũ potes amethiſtinos triẽtes: & nigro madeas opimiano. Itẽ genꝰ nummi. Iuue. Quem portigat ore trientem. Pulmentaria: pulmentariorum appellatione omnia ciboꝝ genera minutiſſima intelligimus: a pulte denominata. ut ſcribit Plinius. Hora. Tu pulmẽtaria quære ſudando. Seruius quoq; in bucolicis dicit. Teſtilẽ eſſe nomen mulieris ruſticæ: quæ meſſoribꝰ æſtu fatigatis diuerſa genera herbarum contundens pulmentarium iis parat. Hinc tuba: conſuetudo fuit maioris ætatis ut funera ad tubam efferẽtur. Vergiliꝰ. It cælo clamorq; uirum: clangorq; tubarum. Minoris uero ad tibias: ut Statius de archemoro. Tibia cui teneros ſolitum deducere manes: Id quoq; ſeruatum fuiſſe ĩ funere eius comi qui Tyberium deinde Germanicum & Druſum cæſares nominatim ſalutabat Plinius oſtendit: cum ait. Conſtratum lectum ſuper æthiopum duorum humeros præcedente tibicine: & coronis omnium generum ad rogum uſq;. Beatulus: qui beatus exiſtimabatur & diues. Alto lecto: nobili & diuite: inuidioſe hoc dicit. Nam in lectis funera deferebantur. Sueto. loquens de funere Cæſaris. Lectũ ꝓ roſtris in forum magiſtratus & honoribus functi detulerunt. Lutatus: perfuſus a luto deriuatũ. Craſſis amomis: ĩ ĩuidiam temporum ſuorum hoc dicit: quibus corpora mortuorum aromatibus peruncta ſepeliebantur. Perſius. Vrnæ oſſa in odore dabit. Pli. loquens de unguentis ſic ait. Honoſq; iis ad defunctos pertinere cœpit. Amomis: unguentis ex amomo. Nam inter unguenta acutiora fiũt cocto amomo quæ maxime nares feriãt: Craſſiora mirta: ſuauioraq;. Medicinæ ãt utiliora croco acerrima ꝑ ſe amomo.

Mephitis
Triẽs
Pulmentaria

Amomũ Hoc ē capitis dolores facit. Amomũ genꝰ fruticis palmi altitudīe: cuiꝰ uua ī uſu ē idica. Laudat̄ q̃ maxīe punici mali foliis ſimile: nec rugoſis: colore rufo. naſcit̄ ī armēiæ pte: q̃ uocat̄ Ocene: & ī media & ī pōto.

BAR. FON. ℂ Turgidus hic: ex perſona ſua poeta loquitur: oſtēdēs hũc tandem ob īcontinentiā interiiſſe. Gutture ſulphũreas lente exalante mephites. Ructꝰ & exhalatio crudi ſtomachi ſigna ſũt. Mephitis aũt: cum terræ putor fit ex aquis maxime ſulphuratis atq; etiā corruptis proueniēs: per tranſlationem ad grauem ructationis odorem rettulit. Calidũq; trientem. Et ſi triens eſt tertia aſſis pars: pro calice tamē hoc loco ponitur: qui tertiam ſextarii partem cōtinet. Calidũ uero dixit: uel quia tādiu calicem manibꝰ potando ante tremorem aduētantis febris tenuerit: ut eum calefecerit. In quo ſumma arte longam eiꝰ potationem: īcōtinentiamq; reprehendit. Vel ad calidam potionem rettulit. Iuue. Quando uocatꝰ adeſt calidæq; miniſter.

Hinc tuba: funera ad tubam efferebantur. Verg. de pallante. It cælo clamorq; uirum clangorq; tubarũ.

Beatulus alto compoſitus lecto: craſſiſq; lutatꝰ amomis. Beatum ut ſcribit Pli. hoīe; ēt ī morte luxuria fecit adhibens urendis defunctis pretioſa aromata: quæ deorum ſacris conueniebant. Lutatum autem pro oblito & unguentario ponit. Cadauera enim uariis aromatibꝰ condiebantur: amomo præſertim: cuius uua in uitæ perſimili labruſcæ in india naſcitur: frutice ueneno ſo: palmi altitudine. Oritur & ī armenia & in Syria: & in Media & in ponto.

In portā rigidos calces extēdit: at illũ
Heſterni capite induto ſubiere quirites
Tāge miſer uenas: & pone ī pectore dextram
Nil calet: hic ſũmoſq; pedes attinge: manuſq;
Non frigent uiſa eſt ſi forte pecunia: ſiue
Candida uicini ſubriſit molle puella:
Cor tibi rite ſalit: poſitũ ē algente catino.

CORN. ℂ At illum heſterni capite induto ſubiere quirites

Quirites pileati īcedebant Heſterni ait defuncto pridem manumiſſi libertati & oues Romani facti. Capite īduto: quia manumiſſi pileati īcedebant. Aut ſubiere ſimꝰ: qđ plerũq; ipſi manumiſſi: manumiſſoris corpꝰ portandum ſubirent. Tange miſer uenas & pone ī pectore dextram: de his dicit qui deſidiæ ſuæ cōfidentes īfirmitatem fingunt quam mox uiſis cupiditatibus ſuis abiiciunt: ut uel auaritia uel libidīe trahantur. In pectore: ideo dixit quia quotiens plus ſolito cor aut ſalit aut calet īfirmitatis īdiciũ eſt: conſidera inquit tui corporis qualitatem: & ex uenarum motu ſanum te eſſe cognoſce: ſed ſi aut capiendæ pecuniæ ſpes fuerit: aut puella mollis forſan riſerit caleas inquit neceſſe eſt: & corde palpites: donec effectum res quam deſideras ſortiatur: non in auaru; (Auarus Luxurioſus) quēq; luxurioſum: & dicit intelligo te male ualere: ſũmoſq; pedes attinge manuſq; non frigent: ecōtra digito℞ ſũmitas ſiue ī manibus ſiue in pedibus: ut ſi frigida fuerit īfirmitatem īſinuat: ergo nil calet nil friget quod ait: ut ipſius ægroti īterrogantis uerba ſunt: & aliter pronuntiandum ē: quoniam ex cupiditate manuum ſũmitates pedumq; frigeſcunt: aut uerba ſunt reſpondentis. Viſa eſt ſi forte ſiue cādida uicini ſurriſit molle puella cor tibi rite ſalit: hæc dicit eſſe uicia quibus perduntur ii qui īfirmitates ſimulant. Rite autem dixit iam nō ut īfirmi: ſed utpote ſani poſitum eſt allegorice.

IOAN. BRI. ℂ In portam rigidos calces extēdit: funera enim pedibꝰ præcedētibꝰ efferuntur. Heſterni quirites: ideſt liberti: qui pridie mortem domini libertatē accepere. Quirites romani: Cures enim urbs quōdam fuit ſabinorum in ſignis: nunc autem ut ſcribit Stra. uinculus ex qua acciti. T. Tatiꝰ & Numa pompi. Romæ quandoq; regnantes. Hinc quirites appellare ſolent Romanos qui orationē habēt ad populum. Capite (Quirites Qui mãumittebāt raſo capite pileũ accipiebāt.) induto: accepto pileo: ꝙ raſo capite induebantur: cum liberi fierēt: nam ſerui cum manumittebantur in tēplo Eroniæ: quæ libertorũ dea perhibebat̄: raſo capite pileum accipiebant: cuius rei Plautus in amphitrione mentionem facit. Quod utinam ille faxit Iupiter & ego hodie raſo capite caluus capiam pileum. Plin. loquens de Cornelio cinna: pileum libertatis eſſe ſignum indicauit cum ait. Vocatiſq; ad pileum ſeruis aduerſarios uicit. Tange miſer uenas: inuehitur in eos qui ocio & deſidiæ conſulentes languorem præ ſe ferunt: & tamen ſuperantibꝰ animi cupiditatibꝰ ratione contineri nō poſſunt quin ita ferantur: ut iis nihil inſaniꝰ habeatur. Tales igitur poeta deridet docens nihil homini miſeriꝰ q̃ animi uitiis laborare: itaq; Inducit hominem ægrotum qui medicum de ualitudine conſulat. Miſer: nominatiuꝰ ē. i. ipſe æger miſer ſubaudi ait. Nil calet: hic pronuntiatiue legendum eſt: uerba ſunt medici negantis eum calere. Non frigent: uerba medici oſtendentis nullum prorſus eſſe ſignum ægritudinis. Viſa pecunia: hic oſtēdit hominis auaritiam: ideſt ſi aliqua ſpes oſtētata fuerit pecuniæ uel puellæ habēdæ tibi qui infirmitatē fateris: ſtatim in eam prorumpens lætitiam: ut non æger: ſed ſanus agnoſcare. Subriſit molle: pro molliter: tāq̃ tibi obſecutura. Pulla uicini: hinc ardorem libidinis demonſtrat: hæc dicuntur ex perſona poetæ ſubſanātis. Cor tibi rite ſalit. ſ. præ nimia lætitia: uerba poetæ irridentis. Poſitum eſt algēte catino: deeſt ſi: ut ſit ſenſus: ſi huic qui iam morbo liberatus uidetur cibos populares appoſueris: rurſus morbo teneri ſe dicet. Per qđ oſidit̄ q̃ turpe ſit hoīem eē tātæ uecordiæ: ut rōnis īperiũ fugiat: & appetitui obtemperet.

BAR. FON. ℂ In portam rigidos: calces extēdit: cadauera anterioribus pedibꝰ efferuntur: ut interitus ortui contrarius demonſtretur. Heſterni quirites: heſterna die morte domini liberati: & quiritum ius adepti. Capite iduto pileato: nam libertatis īdicium pilei geſtamen erat. Tange miſer uenas: ab infirmitate corporis unde propter ægroti incontinentiam mors tandem hominis ſecuta eſt ad ægritudine; animi tranſit: qua animus demerſus in uitiis moritur: medicũ uero inducit adoleſcentis auaritiam: libidinē: guloſitatē: ira-

cundiam:ob quæ uicia inſaniat reprehendentem. Nil calet hic:nullum ĩ te febricitantis calorē ſentio. Non frigent:nullum aduentantis febris indicium uideo:ſolet.n.frigidꝰ febrem præcedere:ac tunc extremæ partes prius & frigere incipiunt. Viſa ē ſi forte pecunia:tuum inquit morbum cognoui. Ipſo enim ſano corpore es:mēte uero non bene uales:nam & auaritia & libidine æſtuas. Poſitum eſt algente catino durum olus:hæc perinde accipiēda ſunt ac ſi adoleſcēs uiles dapes repudiaſſet:ſeq; appetitum non habere dixiſſet quod ex eo medicus dicit accidere,quoniam cibos uiles faſtidiret. Algente catino:uel qa ferculū ĩ catino refrigeratū eēt uel qđ meliꝰ ē ad ſaporē retulit. Catino.n.qđ nō lauti ferculi erat attribuit.

Durum olus:populi cribro decuſſa farina
Tentemus fauces tenero latet ulcus in ore
Putre quod haud deceat plæbeia radere beta
Alges cū excuſſit mēbris timor albus ariſtas
Nunc face ſuppoſita ferueſcit ſanguis: & ira
Scintillant oculi,diciſq; faciſq; quod ipſe
Non ſani eſſe hoīs;non ſanus iuret oreſtes.

CORN. ℄ Catino durū olus & populi cribro diſcuſſa farina. Tētemꝰ fauces tenero latet ulcus in ore Putre qđ aut deceat plæbeia radere beta:ad illū dicit ſeſe molliciei dedicauerat frugis quæ nō poſſit os tuū delicatū cibos duriſſimos tranſglutire & panē nō delitioſo cribro diſcuſſū ſ; plæbeio de populo annona.i.fiſcale:ſ; fruſtra hæc fingis:alia.n.ſūt animi tui uicia uel ulcera quæ non poſſūt leuibꝰ purgari remediis. Eſt alter ſēſus nō læuibꝰ aut popularibꝰ cibis tui faſtidii ulcera pñt ꝑgari:hoc ē qđ ait plæbeia radere beta. Radere:aūt ait obſtergere: ut hoc pa.q̄ gal.ter palato algēte catino non frigidū pulmētariū hñte:ſed miſero ægeſtuoſo quales qui ſūt algēt poſitū ē ĩ catinis poſita ē farina nō.ſ.ĩ catino:farinā nūc panē dicit:& hunc fingit gregalē & plæbeiū eē poſitū.hoc uelit fingamus apponi tibi q̄ cōſueuiſti elegantius uiuere. Tētemꝰ fauces:iuitātis uerba tenero allegoricos nō oporteat qđ ĩpatiēs ſit radere hic exaſpare dicit uulgus. Alges cū excuſſit timor mēbris albus ariſtas. Nūc face ſuppoſita ferueſcit ſāguis & ira Scintillāt oculi:diciſq; faciſq;:qđ ipſe Nō ſani eē hoīs nō ſanus iuret oreſtes:addit ēt ꝙ iſta uilitas tūc mētis te furioſum facit ſiquidē modo frigore.i.timore tremebūdus effeceris & pilos erigis. Ariſtas.n.ꝑ pilis poſuit mō ĩ ira caleſacto ſanguine comitaris & ea dicis & facis:ut ēt ipſis furioſis furioſi uideantur. Timor albus:pallidus dicit eo ꝙ timor homĩes palidos faciat ſicut pallida mors æquo pulſat pede. Scintillant oculi:nimio calore iflāmantur:& cum times frigore horreſcis.

Catinus — Cribrum — Vlcus — Farina — Fauces — Ariſtæ — Timor

IOAN. BRI. ℄ Durū olus:olera dicūtur quæ ĩ horto naſcūt:ab alēdo:ĩter olera.Celſus cōnumerat ēt rapas. Catino: uas ē eſcātiū. Cribro:ĩſtrumētū ē:quo farina decutitur & purgat:ex ſetis eqnis fieri cōſueuit:id ēt ap̄d natiões oriētales ex ſerico cōficit. Populi.q.d.quo utūtur plæbei & paupes. Tētemꝰ fauces: ſubaudi ſi medicꝰ dicet. Tenero latet ulcꝰ ĩ ore:uerba ægroti:pñt ēt eē poetæ irridētis ciꝰ amentiā q̄ ira animi affectibꝰ obtēperat:ut mō ſanitatē mō ualitudinē corpis præ ſe ferat. Radere:tangere. Plæbeia: q̄ paupes ueſcūtur. Alges:legēdū e ĩ ſecūda pſona nō ĩ tertia:qđ ĩdicāt ſeq̄ntia. Diciſq; faciſq;. Alges: febricitas quidē ut ſit ſēſus:morbo quidē acri uexaberis:ſed tōnis oblitꝰ ita ĩ irā oblata leni occaſiōe effūderis:ut delirus eē uideare. Tremor albus:febris ab eo qđ ꝑcedit id qđ ſeqt:nā febrē ſeqt tremor. Albus pallidꝰ ut ſupra atq; albo uentre lauatur. Ariſtas:methaphoricos pilos:nam ariſtæ proprie ſunt aculei ſpicaru; dictæ quod cito areſcant. Face ſuppoſita:materia iracundiæ. Scintillant oculi:expræſſioꝰ irati. Diciſq; facis faciſq; quod ipſe non ſani eſſe hominis:non ſanus iuret oreſtes:ordo eſt dicis & facis quod ipſe oreſtes:non ſanus iuret eſſe hominis non ſani. Ipſe emphaſis.i.qui ratione prorſus caret. Oreſtes:Agamemnonis mycœnarum regis filius fuit & Clytenneſtræ:qui cum patrem a bello iliaco reuerſurum ab ægiſto adultero & Clytēneſtra inteſectum cognouiſſet:ſeq; ab eiſdē in mortem uocari capta opportunitate ægiſtum & matrē necauit. Cuiꝰ patricidii Areopagitarum iudicium ſubire coactus uariatis (ut ſcribit Cicero ĩ oratione pro Milone ſententiis) abſolutꝰ fuit. Cæterum conſcientia geſtorum exagitatus in inſaniā & furias uerſus uidere ſibi uidebatur matrem ſe ardentibus facibꝰ & ſerpētibꝰ atris inſequētem. Vñ Vergi. Armatam facibus matrem & ſerpētibus a ris. Cum fugit: ultriceſq; ſedent in limine diræ. Pacuuius Oreſtē ĩducit monitu Pyladis ut furias uitaret apollinis templum ingreſſum:& cum inde exire uellet,ei furias occurriſſe:ad quod reſpexit. Verg. Vltriceſq; ſedēt ĩ limite diræ:nota eſt hiſtoria.

Cribrum — Ariſtæ — Oreſtes

BAR. FON. ℄ Et populi cribro decuſſa farina. Plæbei ac tenues non ex molli ſiligine facto:ſed pane ſecundario utebantur:qui enim pauperes ſunt:rarioribus cribris utuntur:quo plus panis & ſurfuris minus cōficiatur. Cribrorum autem genera plura ſunt galliæ enim autore Plinio:ſetis equorum inuenere. Hiſpania lino excuſſoria & polinaria:ægyptus e papyro atq; iunco:farinam uero a farre denominatam nomine ipſo apparet. Tenero latet ulcus in ore:guloſitatē eius oſtendit:quæ non niſi lautis cibis expleri poſſit: ulcus uero cauſa eſt & tecta intra cutem malignitas. Alges:cum metu pecuniarum uel libidinis afficeris tunc frigeſcis. Timor albus:pallidus ab effectu:timor enim pallorem introducit cum ab exterioribus partibꝰ ad præcordia ſanguis recurrat. Ariſtas:pilos qui in humano corpore,uelut Ariſtæ in grano ſunt. Ariſta enim ut acus tenuis longa eminet e gluma:atq; ut Varro.i.de re ruſti.lib.placet:dicta eſt quod areſcit pria granum gerendo. Excuſſit uero quaſi excutiendo erexit:ut ſteteruntq; comæ & uox faucibus hæſit apud Verg. Nunc face ſuppoſita ferueſcit ſanguis adoleſcentem irritatum atq; ira cōmotū ſignificat. Diciſq; faciſq;:eum quoq; ob ſuperiora uitia inſanire oſtendit.

CORN. Em populi tractas: de iis dicit qui honoris cupidi ſupra modum ætatis ſuæ publici moderami-
Alcibia- r nis gubernacula quærunt ſuſcipere quod ſignificat per Alcibiadem qui relictus a patre periclis phi
des loſophi qui & nobilitate & diuitiis puer rem publicam miniſtrauit athenienſium. Et eſt ſenſus:
quum puer es: potes rem publicam miniſtrare. Barbatum hoc crede magiſtrũ dicere: ſorbitio tollit quē
Cicuta her dira cicutæ: hoc eſt putas ne Socratem loqui cum alcibiade ſuo: qui Socrates in carcere cicutam bibit &
ba Socra- periit ob hoc ꝙ in hunc diſcipulum diceretur de turpi amore alcibiadis diſcipuli ſui uenenum ĩ carcere ac-
tes philo- cepit quo puniret. Ille autem poſtq̃ bibit crimen
ſophus ſuum purgauit: & dum ei diceretur quod illud ue-
nenum ſumpturus erat accuſantibus daret noluit
ut oſtenderet nihil eſſe morte abſolutus a crimine
ſumpſit. Quo fretus. i. nõ pſumis ut rẽ populi
Periclus tractes dico magrĩ. Pupillæ picli: merito dĩc pu-
Philoſo- pillæ: qa ſb tutela piclis phi auũculi ſui: fũgebať:
phus & pupillos ſuos obicit tutores qb⁹ tutelã gerunt.

Satyra quarta.

r Em ppli tractas: barbatũ h̄ crede magr̃ʒ
Dicere: ſorbitio tollit quẽ dira cicutæ
Quo fretus? dic hoc magni pupillæ pericli

IOAN. Em populi tractas? repræhẽſurus hac ſatyra eos qui aliena uicia ſollerti diligentia perſpiciũt & no-
BRI. r tant: Domitii Neronis pditiſſimis offenſus morib⁹ eũ ĩprimis acerbitate ſatyrica inſectatur ꝙ uix
dum pueritiam egreſſus decepto per Agrippinæ matris ſcel⁹ Britãnico poſt mortẽ Claũdii impe-
riũ occupauit: cũ per ætatem & rerum ĩperitiã quid agẽdũ: qdue dicẽdũ eẽt: ignoraret: ſed omnia ſibi alte-
rius cõſilio adminiſtrãda eẽnt. Nam ut ſcribit Corneli⁹: Illud ĩ urbe iactabať: queãdmodũ princeps uix
decẽ & ſeptẽ annos egreſſus ſuſcipere eã molẽ aut propulſare poſſet: quod ſubſidiũ ĩ eo qui a fœmina rege-
reť. Nam matri ſũma omniũ rerum autore Trãquil. publicaꝝ priuatarũq; pmiſit: nũ plia quoq; & op-
pugnatiões urbium: & cætera per belli magiſtros adminiſtrari poſſẽt: alii ĩquirebãt: hinc igitur exclamat
hinc excãdeſcit: Et ne ĩ principẽ cuius tpibus floruit poeta: ferri uideať. Socratẽ ĩducit q alcibiadẽ atheniẽ-
ſem diſciplum ſuũ rephendat. Hoc ego excogitaui qđ qdẽ uero uerius eſt. Alii uero aſtutiã poetæ & tpa
qbus floruit: nõ cõſiderantes hunc locũ generaliter errore manifeſto accipiunt. Rem populi tra: ĩperiũ
Romanum ſuſcipis regendum? cũ interrogatiõe: & ĩcrepatione legenda ſunt. Barbatum hoc crede magi-
ſtrũ: hæc ſtatim poeta ſubiecit ne ſuſpectus eẽt Neroni tãq̃ eũ notaret. Senſus ẽ igitur. Alcibiade quæ dicũ-
tur ĩ correctionẽ morũ tuoꝝ a Socrate dici credito. Barbatũ magiſtrum: Socratem: quo magiſtro uſus
eſt Alcibiades: a quo ẽt dilectus: ſed ita tñ: ut Plato ſcri. ĩ ſympoſio ſuo alcibiadem cõmemorãtem ſe pno-
ctaſſe cum Socrate: nec aliter ab eo ſurrexiſſe ac filius a parente debuerit: hic prima ætate ab athenienſibus
dux electus cum Nicia & Lamaco aduerſus ſiculos bellũ geſſit: ſed ad reatũ uocatus ꝙ ſacra Cereris nullo
magis q̃ ſilentio ſolemnia enũciaſſet: ſiue cõſciam: ſiue indignationem rei nõ ferens tacitus ĩ exilium æoli-
Cicutæ dem pfectus eſt. De hoc Aemilius: Plutar. & Trogus. Cicutæ: cicuta uenenum eſt publica athenienſiũ
pœna ĩuiſa. Semen habet noxiũ ei & foliis refrigeratoria uis eſt: quæ ſi enecat: incipiunt algere ab extremi-
tatibus corporis. Remediũ eſt prius q̃ perueniat ad uitalia uini natura excalefactoria: ſed ĩ uino pota irre-
Socrates mediabilis exiſtimať. Tollit: pimit. Socrates athenienſis philoſophus clariſſimus filius Sophroniſci
marmorarii: & Phanaretæ obſtetricis primus fuit q philoſophiã moralem: ut ait Cicero: euocauit e cælo
coegit de uita & moribus: rebuſq; bonis & malis q̃rere: cũ añ illũ philoſophi omnes rebus phyſicis pſcru-
tãdis opam tñmodo ĩpenderent. Sed cũ hic nõnũq̃ Anytũ Athenienſem uirum locupletem & factioſum
rideret ob ei⁹ ĩeptias: Ariſtophanes comicus doctus quidem: ſed hõ paꝝ pb⁹ accepta grãdi pecunia ab any-
to: cõtra Socratem comœdiã ſcripſit: cuius eſt. Nephile. i. nebulæ: q̃. qdem ĩter cæteras crimĩatiões illud cõ-
finxit: ab eo nebulas coli: & athenienſiũ religiones detractari: & pter hæc iuuenũ mentes ſic ĩbuere: ut pa-
rentibus manus ĩferre pie & officioſe poſſent: quæ res accuſantibus Anyto Lycone & Melyto: ut Plato in
apologia p Socrate ſcribit: cũ uniuerſum populum ĩ Socratem cõcitãſſet: furore quodã & ira morte dam-
natus eſt. De hoc diuus Auguſtinus: Valerius: Solinus: Laertius: Diogenes: Horati⁹: Pythagoras: anytiq;
reũ doctũq; Platona. Quo fret⁹: q̃ re: q̃ uirtute cõfiſus. Illud reſpexit: qa Agrippinæ mr̃is: Senecæ &
Buri cõſiliis oĩa primis ĩpſi reb⁹ adminiſtraſſet. Dic hoc magni pupillæ picli: ĩterrogatio ẽ cõtumeliæ
& rephẽſiõis plena. Pupillæ picli: alcibiades atheniẽſis Cliniæ fili⁹ fuit. quo ut Prob⁹ æmili⁹ ẽ autor: ni-
hil excellẽti⁹ fuit: uel ĩ uitiis uel ĩ uirtutib⁹. Impator fuit ſũmus & mari & terra diſert⁹: ut nemo ei dicẽdo
reſiſtere poſſet. Eius poſt ĩteritũ pr̃is Periclẽ & Ariphonẽ tutores fuiſſe relictos ſcri. Plutar. uiros ea tẽpeſta-
te præclaros: & magna cũ Clinia propinqtate cõiũctos. Periclẽ ãt alcibiadis patruũ fuiſſe ſcribit Trogus
Põ. Aemilius uero uitricũ. Magni picli: nouies. n. hoſtes ſupauit. Inter cætera egregia opera nono
mẽſe Samios Ionũ primos & potẽtiſſimos deuicit: urbis mœnia deiecit. Hinc ortus eſt Pythagoras: nõ ãt
ex Samo quæ zazyntho & dulychio pxima eſt. Pupillæ: alluxit ad hiſtoriam: nã Neronem popea:
ut ſcri. Tacitus: cũ ſibi matrimonium & diſſidium Octauiæ ĩcolumi agrippina haud ſparet crebris crimi-
nationibus aliqñ p facetias ĩcuſabat principẽ: & pupillũ uocabat: q iuſſis alienis obnoxius non mõ ĩperii
ſed libertatis etiam indigeret. Hoc me ĩueniſſe glorior: ut multa alia in toto opere.

BAR. Em populi tractas. Adoleſcẽtẽ ãbitioſũ rephẽdit: q cũ libidinoſus & mollis eẽt introrſum turpis:
FON. r & pelle decorus. r. q. gubernare ante maturos ãnos ſtuderet. Barbatũ magiſtrum: barbati p ſtu-
dioſis uiris & philoſophis capiũť. Iuue. Barbatos licet admoneas mille ĩde magiſtros. Sorbitio

tollit quē dira cicutæ. Socrates atheniēſis philoſophus Sophorōniſci & Phaneretæ fili⁹: accuſante Anyto capitis damnat⁹ ſorbitionem cicutæ hauſit: quæ ut Pli. vi. &. xx. lib. refert uenenum eſt publica atheniēſiū pœna inuiſa qđ & Iuue. de athenis oſtendit. Nihil pter gelidas auſæ cōferre cicutas. Eſt uero cicuta herba caule uiridi altiore ſæpe binis cubitis i cacuminibuſq; ramoſo foliis coriādri tenuiorib⁹: graui odoratu: ſemine aniſo craſſiore: radice cōcaua nullius uſus: nam ſemini tm̄ & foliis refrigeratoria ē uis. Magni pupillæ pericli: Alcibiades: ut Plutarchus aſſerit arcto gradu propinquitatis pericli coniunctus erat: ſub cui⁹ tutela mortuo Clinia patre fuit.

Scilicet igeniū: & rerū prudentia uelox
Ante pilos uenit; dicēda tacendaq; calles.
Ergo ubi cōmota feruet plæbecula bilæ
Fert animus calidæ feciſſe ſilentia turbæ
Maieſtate manus: qd deinde loquere? qrites
Hoc puta non iuſtū ē; illud male; recti⁹ iſtud
Scis etenim iuſtum gemina ſuſpendere lācæ
Ancipitis libræ; rectū diſcernis ubi inter
Curua ſubit; uel cum fallit pede regula uaro

¶ Scilicet ingenium: & rerum prudentia uelox Ante pilos uenit: dicenda tacēdaq; calles: credēdū eſt tibi ante pubertatem ingenium uel prūdentiā uenire: ut ſcias quid uel loq̄ris uel taceas. Velox prudentia: ideo dixit pro celeritate ſua pubertatē præueniat ſapiā: & anteq̄ pili naſcantur debent intelligi. Pilos: autem pro barba poſuit. Ergo niſi cōmota feruet plæbecula bilæ Fert animus calidæ feciſſe ſilentia turbæ Maieſtate manus: ſenſus eſt dū cōmota plæbs ne manu tua ſeditionem populi reſeruire. Calidæ turbæ. i. feruore iracūdiæ excitatæ: uel perit⁹ es dicēdaꝝ & tacēdaꝝ maieſtate manus: quia tāq̄ magna & profutura hoīb⁹ locuturi tacere iubent mouētes manū. Quirites: abuſiue p ciues. quirites. n. ciues Romani ſunt. CORN. Pili Quirites

Quid deīde loquere? ergo cum ſeditio orta fuerit: quibus eam uerbis compeſcis. Scis etenim iuſtū gemina ſuſpendere lancæ Ancipitis libræ rectum diſcernis ubi inter Curua ſubit: uel cum fallit pede regula uarro iflexo: hoc p Ironiā dicit: reuera ſcis iuſtitiā i lācæ pēſare & ipius dubiæ lancis rectitudinē calles diſcere & curam regulam momentare ſtilum. Varo pede: torto hoc eſt decliue poſſe pondus ſcis etenim iuſtum exiſtimare huc & illuc uoluens iudicium donec i liq̄do ſtet ſnīa lancæ libra pede uaro inflexo & aliorſum q̄ ad latitudinem deducto aut regula nunc pro norma abuſus eſt. Ironia

¶ Scilicet igeniū: hæc decē carmīa ſeq̄ntia cū ironia legēda ſūt. Sc; cū ironia dr: ut alibi. ſ. hæc populo. Terē. Id populus curat. ſ. Velox: quia ante legitimū tps iperiū occupauit. Añ pilos: añ pubertatē. Nā ut recitauimus ex ſnīa Taciti uix ſeptēdecim natus annos Nero iperiū accepit. Ergo ubi cōmota ſenſus eſt. Ergo cū ea prudentia ſis: non mirū eſt ſi plæbem i ſeditionem cōcitatam grauitate man⁹ coercere ſcis: quaſi dicat pricipi non ſatis eſſe poſſe ipare: niſi eum comitetur ſapientia. Feruet: æſtuat ſeditionibus. IOAN. BRI.

Fert anim⁹. i. dat. Maieſtate: grauitate. Nam manu ſæpe ſilentiū iducit a ſupiorib⁹. Quid deīde loquere: illud docet deniq; neceſſariū eſſe pricipem eſſe ſapientem & rerum peritum. Vnde Plato ſolebat appellare eas res publicas fœlices: quibus contigiſſet habere principes ſapientes. Reſpexit āt poeta ad id qđ in urbe a ſenioribus dicebatur Neronem primum ex hiis qui rerum potiti eſſent alienæ facundiæ eguiſſe. Nam ei Seneca oratiōes cōponebat cum alii iperatores ante Neronem ſūma fuiſſent facundia & eloquentia. Quirites: hinc īnuit poeta quod nos iam diximus Neronem a ſe repræhendi cum iam ſatyrico more athenienſibus omiſſis ad romanos cōuertatur. Hoc iuſtū puto: non illud male: oratorie agit ea parte generis deliberatiui utitur quæ ſuaſio dicitur. Recti⁹ illud: magnæ prudentiæ eſt ex multis quæ iuſta & recta eſſe uidentur quod optimum cognoſcere. Scis eteni iuſtum. g. ſ. l. pſeuerat i ironia. Senſus eni eſt. Non mirum quidem eſt ſi bonū a malo diſcernere noris cū ea quæ ambigui iudicii ſunt: ita penſitare & tecum recognoſcere didiceris: ut nihil te decipere poſſit. Metaphora ſumpta a libripende: q pōderoſiſſima quæq; examine bilancis cognoſcit. Ancipitis libræ: ambiguæ ut neſcias i quā partem magis decurrat: ex quo libripendis ſollertia depræhenditur: cum ex re ambigua & icerta rectū iudicium ſumat. Rectū diſcernis tibi iter curua ſubit: cognoſcis lq̄t qd rectū ſit: & quod contrariū pſtat ī metaphora æmulatio eſt horatiana. Scilicet ut poſſem curuo dignoſcere rectū. Curua: opponuntur rectis. Regula. i. haſta libræ. Pede uaro. i. lingua flexa: & recurua. Lingua. n. ſiue examen bilancis tanquā pes eſt in libra: quo fit plærūq;: ut cum lingua bilācis torta ſit & eam ſequamur i reꝝ penſatiōe decipiamur: per qđ oſtendit Perſius eum magni igenii & prudentiæ eſſe: qui falſa admixta ueris nouit diſcernere. —

